ſup̃. montem oreb. ſ. cœleſtẽ patriam & qeta, bñ
Priæ multis e mũdo cœdẽtibus, & q̃ſi de ægypto
ad ti- pficiſcẽtibus, ſi Iezabelem. i. carnales cõcu-
mo. piſcẽtias fugiãt: ſi ſpũales iuniperi tẽtatio-
vltio nes nõ timeãt: ſi vitam cęlibem in fortitudi-
Ge. 3 ne ſpũs mũdi contrariis & pſperis obrutis:
Lu. 2 ac ſi. 40. diebus & noctibus ſine ipedimẽto
Mat pcurrant. Proſpera enim & aduerſa ſæculi
3. ſunt ipedimẽta currẽtibus: qa & illa onerãt
Mar & iſta cõquaſſant. Et iccirco ab habitãtibꝰ
1. terrã auſtri fugiẽtibus mũdum aliis ſuiqꝫ ſe
apo. quacibus cum panibus & aquis occurrit: vt
17. ſola neceſſaria ac ſufficientia habeãt: & illici
Luce ta quoqꝫ vel ſupflua in vitę ſtadio corpora
16. lis abſcidant: habẽtes (ille inqr) victũ & ve-
Mat ſtitum, his cõtenti ſumus. Victum. ſ. tenuem
xi. & veſtitum ignobilẽ: ne aſinus carnis noſtrę
Luce ſtimulatus ſaturitate laſciuiet, vel cultu red-
7. ditus, lenis & nitidus ad ferrendas obedien-
Priæ tiæ ſarcinas ĩpia libertate repugnet. Adam
ad co veſtitur in pnia pellibus. Chriſtus in præſe
ri. 13. pio pãnis vilibus: Ioãnes carmeli pilis: He-
mat. lyas in melotis & pellibꝰ caprinis. Nũc dña
xi. Babylon cocco & purpura: diues byſſo: cu-
apo. riales regii mollibus: filii ſyon auro primo.
18. Sed Adam redimit: Chriſtus ad patrem at-
4. re. tollit: Ioãnes maior efficit: Helyas in curru
2. igneo rapitur. Sed dña Babylon deprimit:
Ad diues patitur: curioſus ſqualidus redditur: fi-
hebr. lius ſyon aureus in lutum deiicitur. Quan-
11. tum diſtat ortus ab occidente, longius ha-
Trẽ. betur iuſtus a reo. Sed valde fugiendum eſt
4. ne ⌊lucem ponat in caliginem:⌋ iuſtitiam in

culpam: vitam in mortem, p̃miũ in tormẽ Mar
tum. Seqtur. ⌊Qui ſi non audierint⌋. i. non vltio
acqeuerint ⌊plorabit in abſcõdito aĩa mea:⌋ 4. re.
oĩa dolebũt ſpũales viri pro eis: ⌊in abſcon- 2.
dito⌋ tẽpeſtas: ⌊plorans plorabit⌋ pro mũdi Tr. 1
p̃ſſura laycoꝝ, pro tẽtatione clericoꝝ. ⌊De- Pſal.
ducent oculi lachrymas⌋ pro tribulatione re 101.
ligioſoꝝ: ⌊plorans⌋ pro mũdi miſeriis, ⌊plo
rabit⌋ pro ſpiritualibus tentamẽtis: ⌊lachry
mabit⌋ pro æternis anguſtiis. ⌊Quia captus
eſt grex dñi⌋ in peccatis, vel grex dñi ⌊capi-
tur⌋ ad litteram ſacerdotes. ⌊Dic regi⌋ epis
⌊& dñatrici⌋ eccleſiæ. ⌊Humiliamini⌋ a ſup-
biæ gloria: ⌊ſedete⌋ in pnĩa & miſeria: ⌊qm
deſcẽdet de capite vr̃o⌋. i. Romanis pontifi-
cibus, ⌊corona gloriæ⌋ dignitatis non ſolum
p principem reipublicæ: ſed ẽt iudicio aĩad-
uerſionis diuinæ. ⌊Ciuitates auſtri clauſæ
ſunt⌋. ſ. ecclĩæ religioſoꝝ: qa rarus ĩtrabit
vt ſpũaliter viuat. ℭ Allegorice. ⌊Ciuitates Alle-
auſtri⌋ eccleſiæ chriſti: quaꝝ p̃lati ⌊claudũt⌋ gori-
excõicando: ⌊nec aperiũt⌋ abſoluendo pctm̃ ce.
intrare volẽtibus. ⌊Ciuitates auſtri⌋ religio
⌊claudit⌋ p ſymoniam: & nõ aperit per inter
dicti ſniam. Vel certe ⌊claudit⌋ inſtar archæ Gen.
ne fluctus tribulationis introeant deforis & 7.
intus, q pmanent in ſolo dei ſe timore con-
ſtringunt. Inde foris pugnæ, intus timores. Deu.
Vel qa nullus exibit vt ſolito tpalia quęrat 32.
& non eſt qui aperiat. ⌊Tranſlata eſt iuda⌋ &. 2.
eccleſia clericoꝝ ad comertia tpalia vel ſæ- ad co
cularia ⌊tranſmigratione pfecta⌋. i. generali- rin. 7
ter cũ laycis ad peccata. ⌊Leuate oculos ve-
ſtros & videte⌋ depræſſos in terrenis, extra-
hite iter vos affectus: ⌊q venitis ab aqlone⌋
mundi malitiam fugientes. ⌊Vbi eſt qui da-
tus eſt tibi grex:⌋ ex clericis ⌊pecus inclitum
tuũ:⌋ ex laycis, grex diſperſus iſrael. Vel cer- Hir
te ⌊ab aquilone⌋. ſ. germania pſecutores af- io.
fligendo mactabãt ⌊pecus⌋ ſ. bas vel corpora
auferendo. Quare? quia eccleſia inſtruxit &
⌊docuit⌋ in ſui luxuria & euerſione capitis
prælatoꝝ: hoſtes ſuos vt eoꝝ gloriæ æmu
latores exiſterẽt. Nam ſicut a ſæcularibꝰ pri
cipibus tpalia auide peeperat ecclĩa: ſic aui-
dius reſument ipſi præſtita q̃ſi debita p vſu
ram. Nota peccatores inſtruẽdos ex cõſcien-
tiis peccatoꝝ vt alios obiurgent. ⌊Nunqd
nõ dolores

non dolores]temporales [apphendent te &
quaſi mulierem parturientem] .i. deficientis
eccleſiæ quoad ſæcularia.Nota q [mulier]
eccleſia Romana eſt quæ ob anguſtiam tem
poralem ex republica & hęretica prę ſſura &
etiam gentium infidelium inundatione [par
turiet,]tēporalia amittendo.[Pariet] gemi-
nos ordines in vtero fidei colluctantes: quo
Geñ. rum maior ſeruiet minor.Primogenitus ſci-
25. licet iuniori:pro eo q oportebit illū minui
Ioā. pati.ſ.cum ordine clericali:& alium creſcere
3. cum ordine ſpūali:& ſi a pſecutiōe ſęculi nō
ſit imunis in chriſto.Quid ſi dixeris.Qua-
re hæc aduenerūt mihi?In Rebeccha:ſi ſic fu
Geñ. turum erat:quid neceſſe erat concipere? Ipſi
25. duo ordines ſimplr & humiliter naſcentur
eccleſiæ:ſed q̄ in fine permanſerint ipſa co-
gnoſcet:qa celare non poterunt clericorum
malitiam & abſcondere ignominiam layco-
rū:deiicient ſupbos religioſos:auaros pręla
tos:ſubditos & laycos luxurioſos:facti qua
Priæ ſi in petram ſcandali & offenſionis lapidem:
petri terram eccleſiæ vndiq occupantem.[Pro-
2. pter multitudinem (inqt) iniqtatum tuarū
reuelata eſt ignominia tua]& auaritia pręla
toꝝ.[Pollutæ ſunt plateę tuę] libidine ſub
ditoꝝ.Quia icciro peccata illoꝝ īprope-
rāt & reuelant annūciādo fidē: poenitentiam
ſuadēdo.[Vt mutat ethyops]ſęcularis [pel-
lem]criminis:[& pardus]clericus varius in
prauis operibus [varietatem]ſui ſceleris ac
duplicis vitæ res implet:[ſic būfacere pote-
rit]operādo:ita & malum relinquere cōuer-
tendo.Declina,inquit a malo & fac bonum.
Pſal. Sed qa durus eſt ſermo:& facies eorū indu-
.33. ruit in peccatis.[Diſſeminabo eos quaſi ſti-
pulam quæ a vēto rapit in deſerto]: de ma-
la cōgregatione peſſima diſperſio ſequetur.
Nam vrgēte tribulatione[diſſeminabuntur]
per illicita deſideria vel p fugam:[quaſi ſti-
pula]tēporali ſubtracta ſubſtātia[p ventū]
vanagloriæ[in deſertū]malitię.Poteſt fieri
ad litteram vt timore tribulationis validæ,
diſpergant in ſæculo tpalibus pditis:vt nō
ſit locus eis ſtabilis circūquaq vagantibus.
Nam religioſi clauſtra fugient:clerici ſæcu-
laria diligent:layci ad quæq mala ſe ferrēt.
Sicq iam nullus erit vel rarus qui fluctus

mundi abhorreat:fornicatores perituros au
fugiat:archam vitam pauperis appræhen-
dat.Vel certe ſpūs dei ordines illos prædi- Geñ
cando[diſſeminat quaſi ſtipulam:] vt tenui- 7.
ter & ſpūaliter viuant:[quæ vento rapitur]
a ſæculi tēpeſtate[in deſerto]pœnitētię.[In
talibus enim ſors tua].i.hæreditas.Vel cer-
te[ſors tua]hæc eſt[& pars mēſurę:]vt quæ
rapta eras in gloriam,nunc reuertaris [in ſti
pulam:]& quæ multa cōgregaueras, ſubito
pdas.¶Nota in ſupbia obliuiſcitur deum: Luc.
in abundātia nititur mēdacis.Vnū[& nudan 12.
tur femora luxuriæ cōtra faciem eius]in ex-
probratione iniuriæ ad fornicationis fluxū
a pdicatoribus detegēdum.Quattuor indu
cunt vt appeat turpitudo/praui opis actio.
ecce modus.Primo[ignominia].ſcdo[adul-
teriū.]tertio[hinnit⁹.]quarto[ſcel⁹].[Igno
minia]eſt fornicatio in naturā: [adulteriū]
in ſponſam: [hinnitus] in conſanguineam:
[ſcelus]contra naturam.¶Hiſtorice:[Sce- Hi-
lus] auaritię in redditibus.2.[adulterium] ſtori
ſupbiæ in dignitatibus.3.[hinnitus] vana- ce.
gloriæ in pdicationibus.4.[ſcelus] luxurię
in eruditionibus.Audi ſupbiam in auaritiā
[Super colles]elationis: [agro] cupiditatis:
[Vidi]videre feci[abhominatiōes tuas] ydo
latriæ & luxuriæ.[Veh tibi]ad poenitentiā
vel ad præſſuram.[Non mundaberis]ad gra
tiam[poſt me vſquo adhuc.]ac ſi diceret.
Eccleſia prius tribulabitur, ecce, [veh:] ſed
non mundabitur a peccatis.Item ſubtrahen- Fla-
tur peccatores illi vel occidentur,nec ſic cor gelli
rigetur:ecce[poſt me]ſed putreſcet in malis: pſeue
ecce[vſquo].Et icciro [adhuc] flagellabi- rātia
tur:vt ex toto rubigo exeat ab ea falſitatis. ecclię
Vides q nec ante flagellum nec poſt corrige
tur eccleſia:& icciro malleus innouandus ē:
vt montes ſuperbiæ eius commoueat:& ſa-
xa duritiæ ſuæ crebra percuſſiōe cōfringat. alias

¶Capitulum. xiiii. conte

FActum eſt verbū domini ad Hie- ratur
remiam de ſermonibus ſiccitatis]
ad ſubuertendas cathedras & ſu- Mat
perbias ordinis clericorum tā in 21.
mēbris quam in capite.inducitur obſcuritas Pſal.
abūdantię temporalis.Vt ſicut ex adipe illo 72.
rum iniquitas prodiit,ſic & futuris pauperi-

Ex bus rebus & ſpiritu equitas eccleſiæ cõuale
pau- ſcat.Neceſſe eſt enim : vt exactores pharao-
peri- nis nouis filiis iſrael paleas tẽporalium ſub
bus trahant/vt laterum tributoꝝ ad certum nu-
egtas merum debitum nõ ſine tribulatione dolo-
ecclię ris exſoluant:donec tẽpus miſerationis eo-
cõua rum adueniat:in quo per duos ordines futu
leſcet ros:ac ſi p Aaron & Moyſen nuncios dei ze
Exo. lus eius ſupbos & reprobos in futurę flucti
5. bus tribulationis inuoluat.Factũ eſt(inqt)
Exo. verbum dei.ſ.pdicatio gñalis in pximo ta-
14. ciẽda vel fienda:[de ſermonib⁹ ſiccitatis].ſ.
Ioã. pœnitẽtię vel irę futurę.Olim[verbum] pa
1. tris factũ eſt caro : vt ꝟba vitæ ſumeremus
in pace:& areſacti a carnalib⁹ vitiis hęrere-
mus ſpũs nouitati.Nunc autem innouandus
eſt[ſermo dei ſiccus & durus].Siccus contra
luxurioſos auaros & diuites . Durus contra
ſuperbos:vt qui hactenus eos patienter ſuſti
nuit:iam crudeliter præſtare cõtendat.[Lu-
xit iuda & portæ eius corruerunt: & obſcu-
ratę ſunt in terra].[Iuda]eſt latina eccleſia:
[portę eius]prælati.Nota duo[luctus & te-
nebræ]:[luctus]triſtitię:[tenebræ]culpæ.
[Lugent]enim ſubditi & triſtant̃ nõ [luctu]
miſerię ſed vitę mundanę:qa euentus forſan
eis affluentes & proſperi non arrident:ſed &
[portę]pręlati corruũt per ſupbiam [obſcu
rantur]per infamiam:[in terram]per auari-
Iob. tiam.Denigrata eſt(inquit) cutis eorum : &
30. [clamor hieruſalem aſcendit]per cõſuetudi-
nem fœtidã:[hieruſalem]religioſi : [portę]
clerici:[iudęa]layci.Primi clamãt ſuperbiẽ-
do:ſecundi nigreſcunt auaritiam ſectando.
Vltimi lugent carnalia deſideria exquiren-
do:hac de cauſa nõ inueniunt in eis ſpiritua-
les viri futuri aquam contritionis & pœni-
tentię:& ſic[reportabunt vaſa ſua] prædica
tores & ſtudia ſua[vacua].Futurũ eſt enim
vt ſeuiente procella imperii[maiores] : ideſt
prelati quibus eſt conceſſa doctrina : [mino
res ſuos]ſubditos.ſ.affuturos per mundum
dirigendos allentiant:qa forte non erit tu-
tum vel datum haurire aquas de fontibus
Saluatoris:& effundere aquas ĩ populis ob-
Eſa. ſtinatis.Q uod autem [deportauerunt vaſa
12. ſua vacua]ex aquę defectu:patet:qa nõ pro
ſubſtantia tẽporali pro qua ad litteram car
dinales & alii iam currebant ſed pro ęterna
mercede & ſpũs voluntate docebunt . Oẽs ſi Eſa.
tientes venire ad aquas &c̃. Nota: Chriſtus 55.
ſedebat foris ſuper fontẽ. Fontem illum re- Ioã.
probãs lrę ſiue alias ſed ſpũs laudãs : fatiga 4.
tio Chriſti,labor ſpũalium magroꝝ vt prę
dicatio:ſamaritana eccleſia:qnqꝫ viri,cõfeſ-
ſores in ſexto loco.In tpe iſto ſexto nõ ẽ vir
paſtor,ſed mercenarius & carnalis vtiqꝫ in-
tellectus:ſitim auaritiæ augens ſed Chriſti
fons ſitim remouẽs mortis vitam ferens: di-
ſcipuli,ſęculares:ciuitas,mũdus:panis acqui
ſitio ſcripturarum:abeunt diſcẽdo: redeunt
inſtruendo ad litteram.Sed mirantur ꝙ vi-
ri ſpũales ſedeant humiliter docendo: mulie
ris neqtiam arguẽdo.Loquantur regis vio-
lentiam ſuadendo.Ad litterã:aquę ſunt be-
neficia tẽporalia:eccleſiaſtica ſacramẽta.Ad
has aquas mittũt ſubditos hauriendas aua-
re:ſed deficiẽtibus redditibus iminẽte pręſſu
ra:[lugebunt]clamabũt:& præ triſtitia ab-
ſorbebũtur.Inde.[Confuſi ſunt & afflicti:
operuerũt capita ſua ppter vaſtitatẽ terræ:
qa nõ venit pluuia ſup terram].Confundũ-
tur verecũdia:affligunt̃,pœnuria : tegentur
capita,triſtitia,vaſtant̃ pręſſura vel ęterna
miſeria , ſubtracta miſericordiæ [pluuia].
[Cõfuſi ſũt agricolę,operuerũt capita ſua]
[Nã & ceruа in agro peperit & reliqt,qa nõ
erat herba:& onagri ſteterũt in rupibus tra
xerũt vẽtũ quaſi dracones: defecerunt oculi
eoꝝ qa nõ erat herba].In[agricolis] layci: i
[cerua]clerici:in[onagris] religioſi : quorũ
[oculi].ſ.deſideria languẽt:qa[herba] aruit
ſtipendii tẽporalis:cultor]colit:[cerua] par
turit:[onager]os apit:[colit]inutiliter : [pa
rit]crudeliter:[os apit]mendacitet. Primus
caput opit.ſcdus fœtũ deſerit. tertius vẽtũ
trahit.Caput mẽtis:fœtũ opis:vẽtũ elatio
nis.Velãt mẽtẽ layci,bonitatem cõtẽnendo:
fœtum deſerũt clerici ſciam repellẽdo: ven-
tum trahũt monaci diſciplinam fugiẽdo.Si
cõiugati layci terram nõ[excolũt]fornican-
do:clerici ordinati cultum diuinũ [deſerũt]
ad reddit⁹ inhiãdo:religioſi[vẽtum trahũt]
ad ſęcularia aſpirãdo.Item [cerua in agro]
eccleſia in mundo parit duos hynulos, duos
ordines futuros , quos mundus expectat .

Hos parit

Eccle Hos parit in dolore tribulationis imperii:
ſia.pa & reliqt in mūdo ꝓ ſemine [areſcēte herba]
rit du doctrina: [in agricolis] ꝑlatis.ſ.& magiſtris
os or [ſua capita operiētibus] quaſi nō debeāt ſūm-
dines mo ꝓpoſito ꝑdicationi intēdere : qnimo ꝓ
ſuis iniqtatib⁹ ſe excuſantibus/ nec hn̄tibus
eloquii pluuiam ſalutaris. Sed [onager ſtat
in rupibus:] religioſi in dignitatibus vel do-
ctrinis variis & ſæcularibus dogmatibus:q
Geñ. cum deberēt cum Helya petere [pluuiam] cō-
4. tēplationis ſiue cōpunctiōis & grē: ipſi [tra
1.re. hunt vētum] adulationis & vanitatis tpalis
2. ſtipēdii & falſi dogmatis: [more draconum]
Oſeç magiſtroꝝ.ſ.ſæculariū vel principū mūda-
7. noꝝ: ꝓpter qd' tales mittēt/q primos vaſtā-
Hie- dos anūcient ſcđos diſſeminādos & q̄ſi fu-
re.12 giendos/imo diſꝑdendos dicēt tertios de ru
ibidē pe ꝑcipitent: ne ſteriliter [lugeāt: ne æterna-
23. liter corruant: ne ꝑpaciter vocem clamoris
Nūe. emittant. Primi ſunt Caym q erat agricola:
21. ſcđi Aſſael occiſus in via: tertii effraim co-
Ad ti lūba ſeducta. De primis ſeminauerūt triti-
tū.1. cum fidei cōiugalis: & ſpinas meſſuerūt for-
Apo nicationis. De ſcđis ipſi currebāt ad tpalia:
ca.3. ſed ego nō mittebam eos niſi ad ſpūalia. De
Eſai. tertiis ſcopuli torrētiū inclinati ſunt. Tor-
29. rētes religioſi aliqñ ſiccantur deuotione: ali
Pſal. qñ fluunt. Et qa mō abundāt tpalibus/ mō
61. attenuant ex couerſatione ſæculariū eos af-
Mat fligentium: veluti de [ſcapulis] eminētioris
15. vitæ inclinant ad carnalia deſideria vanita-
Mat tis. Inde. Ipſi cōfitent &c̄. & dicunt ſe iudęos
7. eſſe & nō ſunt. Inde. ppl's hic labiis me hono
ad ro rat: cor autem eoꝝ longe eſt a me. Ore (inqt
ma.1 Dauid) ſuo bn̄dicebāt: corde aūt ſuo male-
Pſal. dicebant. Praua cōmutatio in populo chri-
105. ſtiano ſi gloriam ſuā mutat in ydolum: vir-
Geñ. tutem in vitium: [agricolam] in iouem: [cer
21. uam] inſtructionem hypocriſis. Pelle ergo
Geñ. agar in vtre & filio: fuge thamar in teriſtro
38. & biuio: refuge vxorē Achab in cultu regio
3.re. depictam oculis ſtybio. Agar ſignificat lu-
19. xuriam carnis & filio praui opis. Thamar
4.re. auaritiam in teriſtro pietatis: & biuio ꝓſpe-
9. ritatis. Iezabel ſuperbiā in cultu religionis
Pſal. & ſtybio ſimulatiōis. De primis carnalib⁹.
143. Nō eſt ruina maceriæ poſſeſſionū: neq; trā-
ſitus in cantus filioꝝ: neq; clamor in plateis
eoꝝ.ſ.perditio theſauroꝝ. De ſecūdis aua-
ris. Oues eoꝝ/ plæbes & præbende: fetoſe.i.
ſęcūde/abūdantes: diuitiis & redditib⁹ ſuis
cupiditatibus & aliis vitiis. De tertiis ſup-
bis & fictis/filiæ eoꝝ: obediētiæ & grangię
& abbatię: cōpoſitę.ſ.ordinatę/& ornatę vt
ſimilitudo tēpli/falſę religionis. Primę ſūt Apo
babylon/ quę dicit: ſedeo regina vbi poſſeſ- ca.18
ſio: vidua nō ſum/vbi fornicatio: & luctum
nō video/vbi rerum augmentatio. Hæ ſunt Priæ
illæ viduæ/quæ cū luxuriatę fuerint/tūc nu ad
bere deo volunt. Scđæ ſunt fatuæ virgines Thi.
quæ acceperūt tm̄ oleū in vaſis ſuis: oleum 5.
ergo in ſpiritualibus in ordinibus aſſumen- Mat
dis: fatuæ ſunt/in tēporalibus votis: virgi- 25.
nes ſunt/in cultu eccleſiæ obſeruatiōis abſq;
igne diuinę dilectionis & ęternę deuotionis.
Tertię ſunt mulier vaſa iniqtatis: vacua re
tributionis: reproba dānationis: illa quę di
cit: in textui funibus lectum meū ſtraui pi-
ctis tapetibus ex ægypto. Mulier eſt vana
religio quæ lectū doloroſæ quietis exornat
exterius: & ſtrauit a'ls ſternit.i.coaptat humi
liādo ſe neqter: & narrādo actionib⁹ & dog
matibus mundanoꝝ. Nota qa dixit in tex-
tui.i.retia fecit in lecto religiōis/vt decepto-
rie capiat viatores. Quāti ſunt hodie q la-
queis auaritiæ & ſymonię illaqueati religio
nem ingreſſi ſunt: & ſedent in ea ꝓpter mo-
nilia tēporalia: & magis ꝓpter picturā ægy
ptiam carnalis vtiq; deſiderii: q̄ propter ſo-
brietatis abſtinētiā honeſte iam vero quid
multi lugēt ruinā eccleſiæ viri iuſti: de qui-
bus dicit. Reliqui mihi ſeptē milia viroꝝ: 3.re.
.ſ.perfectoꝝ: qui nō inclinauerūt genua ſua 19.
baal: vel incuruauerunt ſe ydolis Salomo-
nis. Imitēdum eſt eis: & cum eis in abſcōdito
lamētandum & ponēdum faciem iter genua
humiliter cum Helya/ſi forte cœlū eccleſiæ ibidē
tenebrādum præſſuris vel doctoribus veri- 18.
tatis ſignatis in nubibus: in qb⁹ arcū ꝑdica- Geñ.
tionis in ſignū diluuii cōpeſcēdi ſucceſſuræ 9.
tribulationis & iræ. Ponet miſericors deus
iuſtus: ſi forte peccator Achab.ſ.ppl's chri-
ſtianus a ſono euāgelii prædicādi: mūdi ma-
la fugiāt: & in ſecreto pniæ ſe abſcōdat: ſicq;
[agricolæ] ad cultū iuſtitiæ redeāt. [Ceruæ
fætus] opus & affectus bonos nō deſerāt: &

[onagri cum draconibus] ſæculo [ventum]
vani deſiderii de ſuis rupibus : ac ſi religio-
nis eminētiis [attrahere] deſueſcant. Sequiť.
Quare.i.ob quam cauſam : vel certe admi-
ratiue ſeu interrogatiue diciť. [Quare ſicut
colonus futurus es in terra : & quaſi viator
declinans ad manendum ? Quare futurus es
velut vir vagus & fortis q̄ nō pōt ſaluare?]
Nota quattuor. Primo [colonū.] Scdo [via
torem.] Tertio [vagū.] Quarto [infirmū.]
[Colonus] in p̄dicatiōe: [viator] in incarna-
tione: [vagus] in reſurrectione : [īfirmus] in
paſſione. [Venit in terrā] quaſi in ꝓpria ſy-
nagogę: [declinauit] in virginē: [vagať] in re
Ar. i ſurrectionis offenſione: [infirmatur] in mor
repre te. Sed ſpūales viri futuri ſunt in terra eccle
hēſio ſiæ more [coloni] p̄dicationis ſemine excolē
nis. do: [viatores] in pauptate viuendo : [vagi]
ſolicitudine diſcurrēdo: [fortes] tribulatio-
nes ſuſtinēdo. Hi manēdi ſunt nobiſcū in ad
iutoriū: vt poſſimus repellere inimicum vel
aduerſarium. [Populus iſte dilexit mouere
pedes ſuos & non quieuit: & non placuit do
mino populus] iſte chriſtianus noīe non re.
[Dilexit mouere pedes ſuos] a ſpūalibus: [&
non quieuit].i. deſtitit a carnalibus : & deo
[non placuit:] vt eriperet ſed puniret. [Duo
Hie. (inquit) mala fecit populus meus] quoad ini
2. quitatem, & quoad fidem. [Me derelinque-
runt fontē aquæ viuæ.] ecce ſpūalia. [Et fo-
derunt ſibi ciſternas diſſipatas:] ecce carna-
lia: [quæ cōtinere nō valent aquas] ſua deſi-
deria cum ſæculo peritura. [Peccatū (inqt)
peccauit].[Peccatum] quoad deum : [pecca-
Trē. uit] in ſeipſum [hieruſalē] Romana eccleſia:
1. [ꝓpterea iſtabilis facta eſt] quoad mūdum:
Stabilitas eſt in fide: iſtabilitas in bono ope
ræ. Nota [pedes] deſignare legatos eccleſię:
quos Romani pōtifices [mouere dilexerūt]
per vanamgloriam : [& non acquieuerunt]
per auaritiam: [& dño diſplicuit] punire ſa-
Mo- tagens per reipublicæ iracundiā. ¶ Morali
rali- ter. Anima hieruſalem [populus] cogitatio-
ter. nes inutiles. [Pedes] affectus mouet ab orien
te gratiæ: non [quieſcit] in campo culpæ: [&
dño diſplicet] qꝫ ſuperædificet de luto auari-
Geñ. tiæ turrim ſupbiæ. Sed quid de illis. ſ. reli-
xi. gioſis qui ei.i. deo ſeruiunt. Si ſunt ſtabiles

in clauſtris propoſito caſtitatis. Et in ange- Iob.
lis ſuis.i. clericis reperit prauitatē cupidita- 4.
tis. Iſti ſunt duo pedes populi laycoꝝ por- Apo
tantes beſtiā ſæculariter couerſantes. Quo- 13.
rū religioſus charitatē dei deſerēs : caſtitatē
fregit: alter clericus prædicationem inficiēs:
largitatem in cupiditatem vertit. Iſti ſunt
duo pedes ſtatuæ in Daniele. ſ. populo chri Dañ
ſtiano: quoꝝ pars eſt lutea, altera ferrea: lu- 2.
tea ecce auaritia: ferrea, ecce luxuria. De his Hie.
duobus grex diſperſus iſrael : ecce cōmotio: 50.
leones deiecerūt eum, ecce ingētudo. Primus
comedit eum rex Aſſur. Nouiſſime exoſſauit Ibi-
eum iſte Nabuchdonoſor: ecce dei inaccepta dem.
tio. aľs viſitatio. In leonibus fortitudo qua
deiiciuntur virtutes.i. expugnanť. In aſſur-
auaritia: carnes comedens, hñs tres ordines
dentium. ſ. auarorum prælatorum. Primus Dan.
ordo eſt in reditibus. ſcds in duplicibus. ter 7.
tius in deceptionibus. Abūdāt in p̄bēdis &
bñficiis: duplicantur in vſuris & negociis: de
cipiunt in ſymoniis & dolis. Inde. Et nō de-
fecit, ecce primum: de platęis eius. ſ. mercimo Pſal.
niis vſura, ecce ſcds: & dolus, ecce tertius. In 54.
Nabuchdonoſor luxuria oſſa & exoſſans:
quia illa carnales. ſ. auaritia tpalia deſtruit:
iſta.i. luxuria, ſpūalia frangit. Et auaritia q
dem extirpari poteſt: qa facile quis terrena
relinqt ſeu deponit: ſed luxuria pœne indo Nota
mabilis eſt: qa extirpari non pōt ſemp bella
īnouat, ſemp impugnat: hęc eſt illa beſtia in
Ioan. quæ etſi qnqꝫ atterendo ꝑcutitur, pau Apo
lo negligendo curatur. Inde. Vidi vnum de ca. 13
capitibus beſtiæ occiſum q̄ſi ad mortē. No
ta quaſi & plaga gladii eius vel mortis cura
ta eſt. Seqtur. [Viſitabo iniqtates eoꝝ] pro
inſtabilitate fidei operātis bonum. Seqtur.
Ex diuina viſitatione flagellū a deo: vt pra
uoꝝ ſacrificia reprobet: & in tribulatiōe nō
ſaluet. Nam [ieiunia] eoꝝ deſpicit: [præces]
auertit: [holocauſta] reprimit [victimas] nō
admittit. Ieiunia corruptionis, præces ſup-
plicationis: holocauſta miſerationis: victi-
mas afflictionis. Pro his inducuntur quat-
tuor mala. 1. mors. 2. gladius. 3. fames. 4. ca
ptiuitas. Mors corruptionis : gladius exe-
crationis: fames reſtrictionis: captiuitas tri
bulationis. Audi quattuor mala in chriſtia

no populo

Actu no populo propagata.1.Nāq; in morte: vt
u3.4 Nero & alii iudæi perſequentes apoſtolos.
& ali 2.In gladio ydolatriç cōtra martyres.3.In
is & fame arriani cōtra doctores q & cōfeſſores.
12.& 4.In captiuitate pſe.i.ſaracæni ſub mahu-
ſequē meto cōtra virgines.Quod autem dicit[qui
tibus ad mortem ad mortē:& qui ad gladium ad
gladium:& qui ad famem ad famem: & q ad
captiuitatem ad captiuitatē]ſubaudiē præ-
ſciti:vel certe q euaſerunt perſecutionem iu-
dçoꝝ,impegerūt in gladiū paganoꝝ: ideſt
ydolatrarum.De quo in fame arrianoꝝ: de
qua in captiuitate ſaracænoꝝ:ex qua in per-
Actu ſecutione alemanorum.Certe occiſus eſt Ste
u3.7 phanus in ſynagoga:Paulus euaſit in gen-
tes:tandem flagellatur Paulus in ea.Ibi mar
Act. tyres paſſi ſunt:& tamen non omnes: ſed re-
13. licti ſunt pro ſemine vſq; ad tertium tēpus:
ibidē in quo Silueſter fuit:& tandem dati ſunt in
16. fauces arianorum.Ibiq; multi catholici paſ
Apo ſi ſunt:& tamen euaſerunt aliq q virginum
ca.6. eccleſiam erexerunt.Quoꝝ tempore multi
ibidē abſorti ſunt a ſaracçnis & perſis:& tñ relicti
11. ſunt alii vſq;quo ſedes Romana ſub princi-
Apo pibus & francis & alemanis caput erigeret:
ca.13 in quibus etiam multi de eccleſia corruerūt.
Vide Et tamen reſeruatur adhuc ſemen vt non de-
&hūc ſoletur eccleſia.Itemq; multi punientur ſub
ſuper ſexto loco:& quaſi apertione ſignaculi ſexti
Eſa.i reſeruatis aliis vſq; ad tēpora antichriſti .i.
figu- ſeptimum caput draconis:ſub quo pphetæ
ra de venturi .i.duo ordines ſpirituales in mundo
acōis diſpergendi & occidendi ſunt.Deinde alii re
7.ca. linquentur propagandi in finem ſæculi: in
Eçe. quo cauda draconis.i.gog nouiſſimus anti
38. chriſtus tribulationem immittet intolerabi
39. lem:quem dñs Ieſus ad iudicium properans
Apo interficiet ſpūs oris ſui.Qui aūt[falſa pro-
ca.20 phetantes] propter populum demulcebant
Sedç quaſi hçc mala futura non eſſent:& ſcandala
ad th in eccleſia generali:quç[propheta] veritatis
eſa.2 Chriſtus annunciat: ad illos intorquēdum
Mat eſt:qui volētes carnaliter & proſpere viuere:
24. doctores eccleſiç vel p̄latos:& nihil pro vi-
Mat tç prauitate falſçq; doctrinç merito ſcanda
13. li ſuſtinere.Bene eſſet eis ſi ſeipſos tantum in
Luce abyſſum carnalitatis impellerent: & non ſe-
21. quaces vel auditores eorum:vel alios ſubdi-

tos.Et traherent poſt ſeipſos.[Viſionem(in-
quit)mendacem & diuinationem fraudolen
tam & ſeductionem cordis ſui pphetant vo
bis.]Vides quantus ſit error iſte. Qui pri-
mo fallit:ſecūdo deficit:tertio ſeducit. Fal-
lit peruerſa docendo:decipit pſpera pmit-
tendo:ſeducit in cōtraria deprimendo. Per-
uerſa in animo:proſpera in mūdo: cōtraria
in inferno.Hçretica quippe doctrina carna-
lis velut[mendax viſio:]terrena proſperitas
& labilis quaſi[fraudolenta diuinatio].Mi-
ſeria inferni pœnalis,quaſi cordis ſeductio.
Quia non putant hçretici q falſa inſtruant
q proſpera defluantur:q in inferno peri-
cula incendiaq; ſubſiſtant. Dixit inſcipiens Pſal.
non eſt deus.Inſcipiens eſt pſeudo propheta 13.
qui dicit falſa:ſapit terrena:contemnit diui
na fallens q deus cœlum fecit ad gloriam:
terram ad prælia:tenebras abyſſi ad tēpora Aſs.
lia.De primo.Iuſti in ppetuum viuent. De tor-
ſecundo.Militia eſt vita hois ſuper terram. mēta
De tertio.Quis poterit habitare de vobis Sap.
cum igne deuorante.Nota tria in cœlo: tria 5.
in terra:tria in inferno.In cœlo ſol: luna/& Iob.
ſtellç: in mundo miſeria:lutum:& fex: in in- 7.
ferno ignis,nix,& ſpūs procellarum. Sol p- Eſai.
fectionis:luna incorruptionis:ſtellæ virtu- 33.
tis & beatitudinis.Miſeria tribulationis: lu
tum ambitionis:& fex corruptionis. Ignis
cōſumptionis:nix diſſolutionis:ſpiritus p-
celloſç exagitationis.De primo.ſ.cœlo: fe- Ge.1
cit deus duo luminaria magna:& poſuit ea i
firmamēto cœli & ſtellas.De ſecūdo.ſ. mun Pſal.
do.Eduxit me de lacu.i.de mundo, miſeriæ 39.
vbi afflictio:& luto,auaritiæ:& feces:luxu-
riæ.De tertio.ſ. inferno. Ignis grando nix Pſal.
glaties & ſpūs procellarum.Iccirco nix ſola 10.&
ponitur:quia grando & glaties nix eſt. Ve- 114.
rum noie niuis diſſolutio comitatur hinc in
de grandine & glatiç.Grandine pœne ſatia-
gentis:glatiç,materiæ confringentis. Item
ignis inducit fumum vbi oſcuritas. Nubes
exagitatç turbinibus grandinem & niuem.
Terra ſulphur fomētū ignis & fetoris. Ven
tus & frigus aquilonis.i.diaboli & tenebra-
rum eius ſtringit glatiem corpus & animā:
ne diſſoluantur in pœnis:ſic vrit & non con
ſumat:ſic diſſoluit vt reſtituat. Hic eſt ru-

bus alter qui vritur & non comburitur: de cuius medio Chriſtus loquitur ad genus humanum deſignatum in Habraam Iſaac & Iacob fidelibus electis & dilectis; & [hoc prophetis mendacibus] puniendis. Sed & populi quibus [prophetabant] ſcilicet in errorem fouebant. [Erunt proiecti in vitiis hieruſalem] lugentibus. Licet [viæ hieruſalem] duo
Ap. prophetę illi venturi eccleſiæ intelligantur:
.11. ad quos cõuerſi multi ab erroribus declinabunt. Tamẽ [viæ hieruſalẽ] ſæculares actiones & praua opera ſunt eccleſiæ .ſ. clericorũ & aliorum in quibus [proiiciunt] per imitationem Puniuntur [in fame:] feriſitur [in gladio: nec ſepeliuntur]. [Fames] eſt verbi diuini ſubtractio: [gladius] eſt mundana afflictio: [ſepulcrum] eſt religioſa conuerſatio. Vel certe [fames] ſub tribulatiõe imperii ſubtractis temporalibus: [gladius ſub prę̃ſſura populi infidelium occiſis fidelibus [Sepulturæ prohibitio] ſub anguſtia pſeudo prophetæ .i. hæreticorum antichriſti deceptis & eruditis: poteſt ad eccleſiam retorqueri. [Fames] quoad interdictum: ne diuinum officiũ audiant. [Gladius] vt obſtinati a corpore chriſti ſe abſtineant. [In ſepulcro] ne in cimiteriis cum fidelibus communionem accipiãt Vel certe [fames] in vita: [gladius] in morte:
Tro [proiecto] in pœna. ¶ Tropologice. [Fa
polo mes] in littera: [gladius] in ſpirituali intelli
gice. gentia: [proiectio] de actiua in contemplatiuam vitam. Sic Iacob deſcendit præ fame
Geñ ad frumentum Ioſeph: cuius oſſa tranſuecta
46. ſunt ĩ terram promiſſam: quia generalis erit
49. afflictio, huiuſq; proiectio. Sequitur. [Ipſi & vxores eorum filii & filiæ eorum]. ad litteram. Vel [ipſi] ſunt prælati: [vxores] eccleſiæ plebanæ temporales: [filii] clerici: [filię] parochiæ. Vel [filii] prælati religioſorum: [filiæ] abbatiæ. [Omnes proiecti in viis hieruſalem:] Q uattuor ſunt viæ. Prima orientalis vbi auaritia qua proſpera oriuntur. Secũda occidentalis: vbi culpa qua laſciuia moriuntur. Tertia aquilonaris vbi ſupbia quã pompatice eriguntur. Q uarta auſtralis vbi ficta iuſtitia qua ſe lucis angelos mentiuntur [Effundam ſuper eos malum ſuum] .i. pro ſua culpa mereri. alĩs puniri permittam. Vel certe per prædicatores futuros [effundet de⁹ ſuper eos malum eorum] culpam improperãdo: ad pœnitentiam reuocando: ab ęterna & temporali miſeria eruendo. Inde. [Deducant oculi tui lachrymas per noctem & diem: & non taceant] idеſt deſiſtant: vult flere domi nus oculos ſpiritualium, compatiendo, pœnitendo, affligendo. Compatiendo peccatoribus: pœnitendo de exceſſibus: affligendo ĩ tribulationibus. [Diem noctem, noctẽ diẽ:] [proſpera aduerſa: contraria proſpera in vitam corporis reputando: ſi forte de [contritione] futura eccleſiæ. Ipſa ꝟo [filia populi dñi eruatur. [Plaga (inqnit) peſſima vehemẽter]. Nota tria. 1. [plagam]. 2. [peſſimam] 3. [vehementem]. [Plaga] in temporalibus: [peſſima] in corporalibus: [vehemens] in ſpiritualibus. Pro prima dicitur [populi mei:] pro ſcđa [filia:] ꝑ tertia [ꝟgo]: [populi] layci: [mei] coniugati: [filia] clericalis eccleſia: [virgo] regularis obſeruantia. Sed layci fe
riuntur [plaga] luxuriæ: clerici vlcere [peſſi Iob.
mo] auaritiæ: [vehemẽter] vulnere ſuperbię. 2.
Et qdem [plaga] luxurię tumet in apparentia: vlcus [peſſimum] auaritiæ liuet inuidia: [vehemens] vulnus ſupbiæ ſcatet inani gloria. [Si egreſſus fueris ad agros ecce occiſi gladio: & ſi introieris ciuitatẽ ecce attenuati fame: ꝓpheta quoq; & ſacerdos abierunt in terram ignotã:] prædicatoribus futuris ſub noĩe [ꝓphetæ Hieremię verbũ infertur: [exeundi] ꝑ ꝑ̃dicationẽ: [ingrediendi] per circumſpectionem: intuendi perſcrutationem. Nam alii ſunt in [agro] vt cõiugati in mundo: alii [in ciuitate] hieruſalẽ eccleſia vt clerici: alii in [ſyon] regularis vitę vt religioſi. Primi [cę
duntur gladio] luxuriæ more bidentium cle Eſa.
ricoꝝ & religioſorum. Scđi [attenuantur fa 32.
me] auaritię & doctrinę: quę ſũt gaudia ona 34.
groꝝ & draconum regularium & laycorum.
Tertii [abeũt] ĩ cõſilio ĩpioꝝ quaſi in terra
cognita auaritię & luxurię ſtructionũ & pi
loſoꝝ: clericoꝝ & ſęcularium. De his oĩbus Geñ
dr̃: ſimul in vnũ ſuſurrabũt. De primis egreſ 4.
ſus caym in agrum occidit Abel, De ſecũdis: 4 re.
Facta eſt fames in ſamaria: in qua ſtercus co 6.
lumbarum & caput aſini vendebanẽ. De ter Bar.
tiis: quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorum es: 3.

Geñ Ager,mūdus:caym,layci occidunt clericos:
abel,in tpalibus:cui ſucceſſit Seth religioſi:
4. quoꝝ filii filias hoium cupierunt: & erāt gi
ibidē gantes.in laycis viri famoſi,in clericis. Item
8. [fames]eſt auaritia:quę dum magis affligit
ex dāno:plus creſcit ex deſiderio . Haec oriē
in ſamaria,eccleſia clericoꝝ in qua negociatē
ſtercus columbaꝝ.i.redditus regularium:&
caput aſini,oblatio laycoꝝ.Item iſrael[pro
phetę]ſpūales:eccleſię doctores & ſacerdo-
tes:abbates vel priores:[abierūt in terram]
ſcilicet in vitam laycoꝝ:p laſciuiā icognitā
p clericoꝝ auaritiam quam cōtempſerūt in
Bar. exuitione vitae veteris & ad remutatiōnē pe
3. culii.his dr̄.Quid eſt iſrl̄ ꝙ in terra inimi-
corum es:ac ſi dicat.Et ſi layci & clerici exce
dūt:religioſi tn̄ redire ad ſaeculum nunq̄ per
deſiderium deuenerunt.[Terra inimicoꝝ]
eſt vita laycoꝝ carnalium cōcupiſcētium ad
Ad uerſus ſpm.[Terra aliena]vita clericoꝝ:q
a la. alienati ſunt a vulua doctrinę verę: errauē-
5. runt ab vtero,vitę ſobriae:locuti ſunt falſa
Pſal. p īprobitatem auaritię.Deputatus eſt cum
57. mortuis.i.peccatoribus laycis:cum his q in
Bar. inferno ſunt,diuite purpurato: clericis per
3.ca. vitę ſupbiam:purpurati p dignitatē:byſſi-
Luc. ni,p iuſtificationis ſimilitudinem:epulati,p
16. guloſitatē:ſplēdidi,p cupiditatem. Vel ter-
ra:religioſi qdā & ſi mūdo mortui.i.morti-
ficati pmanēt:tn̄ in īferno ex tedio vitę ma-
nēt.pōt itelligi terra inimicoꝝ.ſ.alemanoꝝ
crudeliū:terra aliena,ſaracęnoꝝ:regio mor
Eze. tuoꝝ,patarenoꝝ,habitatio inferni, gog gē
38. tium imundaꝝ.Vel certe ita diſtinguas. Ini
39 & mici iudęoꝝ:alieni paganoꝝ:in primis gu-
Apo la:in ſcdis iracūdia:in tertiis ſupbia in quar
ca. tis luxuria.In tribus ſceleribus cōuertit de⁹
20. in quarto punit.Quia fornicatores fidei &
amoſ adulterātes verbū dei iudicabit deus in igne
1.ca. iudicii & ſulphure ſupplicii cōtra vtrāq̧ lu
ſcdae xuriam.[Iudam]piecit ſyon:]odit clericos i
ad co auaritia:religioſos in ſupbia: laycos pcutit
rin.2 in miſeria:vt nulla ſit ſanitas ꝑter īpœnitē-
4. tia.Illi aūt qbus eſt ſanum cor confident in
Pſal. dño:& patiēter[expectabūt]ſalutare dei:cę
10. teris[pacem]& reſtitutionem reꝝ pditarum
Eſa. quęrentibus,mala ſupaddenē:quia turbines
21. ab affrico veniētes,ſ.ab infidelibus & haere

ticis diſpgent eos. Nota in affrico tribula-
tiones iperii.i.a carnalibus q̄ſi ab olla aqui Hie.
lonis.Et prima tribulatio veniet q̄ſi de de- 1.
ſerto:altera quaſi de terra orientali vel hor-
ribili:deſertum,gētes:terra horribilis, pata Eſa.
reni.[Nunqd ſunt in ſculptilibus gentium q 21.
pluāt,aūt coeli pñt dare imbres?]phi mun-
di huius,ac filii Agar vitae vtiq̧ ſaeculares
terrenā & aialem ſciam exqrentes:nec plue- Bar.
re poſſunt velut nubes:nec velut coeli rorē 3.
[imbres]effundere itelligētiae de lr̄a pceden
tis.In nubib⁹ doctores:[in coelis]cōtempla
tores:& illi pluuiam p̄dicationis & exhorta
tionis in lr̄a.Et iſti rorem &[ibres]increpa-
tionis & terroris in itelligētia ſpūali.Nem-
pe praedicatio ad hiſtoricum:exhortatio ad
moralē:increpatio ad typicum:terrores ad
allegoricum ptinēt itellectum.Pręcicāt ſa-
cerdotes:monēt doctores:arguūt paſtores:
terrorem iſerūt cōtemplātes.De his q̄ttuor
ignis,grando,nix,glaties ſpūs procellarum.
Ignis ad primos:nix ad ſecūdos:grando ad p̄s.
tertios:procellaꝝ ſpūs ad poſtremos. Neq̧ 148.
enim Chriſtus baptizat in aqua:ſed in igne
q ptinet ad Lucam.Chriſti enim gn̄atio ſic
erat.ſ.ſpūalis:Mattheus ī euāgelio ſic mo- Luc.
re niuis quae dealbauerat veſtem xp̄i in ꝟgi 3.
ne mores cōponit.Marcus more grandinis
territ & pcutit cōtumaces eccleſiae. Ioannes
fulgurat infideles more procellae:& in mare
carnalia ſapiētes verbi ptāte demergit. Ecce
bos igne tribulationis excoquitur:homo rō
nali doctrina inſtruiē:leo ad nullius occur-
ſum reſtringiē:aqla pēnifeꝝ aīal ad ſupiora
transfertē.Bos martyꝝ:hō doctorum:leo pa
ſtoꝝ vel apl̄oꝝ:aqla cōtēplatiuoꝝ vel ꝟgi
nū.In talib⁹[pluit]de⁹ p̄dicādo:[ibres effū
dit terrēdo:rorē grę īfundendo.Sculptilia
ſunt doctores carnales vel doctrinę phicae:
in qb⁹ nō vitę ſpūs ſed effigies ſcitatis. Hęc Geñ
ſunt ydola rachelis:imo labā:quae & ſi con 31.
templantes in ſedere ſatagunt agentes car-
naliter clerici ſublimare cōtendunt. Stramē
ta carmeli tpalia ſunt mūdi tenebrati.Crux Pria
chriſti ſub qua cōfundiē & regiē ſcia mundia ad co
lis.Stultam(inquit)fecit deus ſapiam huius rin.1.
mundi.hoc nomē de quo imminente tribu-
latione imperii:alii[pluent]praedicādo:alii

[imbres]terroris perpetui infundendo.

Capitulum. xv.

S[I ſteterint Moyſes & Samuel coram
me non eſt ad populum iſtum anima
Ad mea:]dato in ſenſum reprobum & car-
com. nalem vtiq; intellectum populo chriſtiano.
.1. Qui quod & orae praedicant, corde vaſtant
[Nec Samuel nec Moyſes]futuri duo ordi-
nes domino ſupplicabunt. Sed magis prae-
dicantes cum[Moyſe]Pharaonem & aegy-
ptum percutient: reliqui cum[Samuel]ſacer
Exo. dotium in arcae eccleſiae captione ſubuertēt
5.7. Inde. [Eiice illos a facie mea] ſcilicet prae-
8.10. dicatione euangelii quae[facies]chriſti eſt.i.
12. deponēdos & corruendos oñde.ſ.a[gladio]
14. reipublicae. A[cane]gentis pfidę: a [volucre
coeli]cōgregatiōis hęretice: a[beſtiis terrę]
Za- ſynagogę iudaicae. Item mons oliuarum in
cha. quattuor partes ſcindet: pruptio grandis:
14. ſciſſura diſcordię: in poplo chriſtiano. Sed
[gladius]necat:[canis]lacerat:[volucris]de
Mo- uorat:[beſtia]diſſipat in ſuperbia. ¶ Sed
rali- vtilius moralr. [Quo(inqt)aegrediemur?]
ter. ad[gladium]caſtitatis: ad[canem]praedica-
tionis: ad[volucrē]cōtemplationis: ad[be-
ſtiam]actionis & laboris. Nam[gladius]in-
terficit a luxuria:[canis]lacerat ab aiali pru
dentia:[volucris]deuorat ad ſpiritalem in-
telligentiam:[beſtia]diſſipat a ſęculariū glo
ria cōtra ſupbiam. [Dabo(inqt)eos i furo
rem vniuerſis regnis terrae pp Manaſſem fi
Hie. lium Ezechię regis iuda ſuper oībus quę fe-
1. cit in hieruſalē]. [Reges terrae].ſ. ſaeculariū
velut olla ſuccēſa cōtra eccleſiam ęſtuabit &
Vide nō ſolum cōtra ſubditos ſed ēt cōtra praela
croni tos bella mouebūt. Ex culpa enim Romano
cā ar rū pōtificū q a Zacharia papa vſq; ad Leo
chi- nē ſcdm: iter quos nōnulli epi negligētes ſū-
epi mi pōtifices pfuerūt. Ac ſi ab Ezechia vſq;
florē ad Ioſiam, ſub quibus decurſi ſunt anni. 60.
tini. Quaſi[ſub Manaſſe]& Amon regib⁹ iuda:
4.re. & in qb⁹ ędificata eſt ydolatria & erecta ma
20. gis in ſpiritu q̃ in carne: reliquus eēt ppls &
22. ſubiectus: ſicut imitatores extiterunt mali-
Idem tiae: ſic & participes erunt poenę. Nam [Ma
21. naſſes]ędificauit excelſa dignitatum: extru-
ibidē xit aras ſacerdotum: fecit lucos religionum.

Sic Acab.ſ. grecoꝝ oriētalium patriarchę. 3.re.
Nempe dignitas eccleſię nō debet eē ſuperba 16.
ſed humilis: cultura ſacerdotalis non cupi-
da ſed liberalis: vita regularis ſobria: nō ſo
lubilis: more gētiū ydolatraꝝ.i. ſęcularium
deſiderioꝝ. Et qa tales non impetu ſpūs ſed
corporis & ſęculi ambulantes incorrepti re
māſerūt ſub pōtificibus memoratis: tradē-
di dicunt in tertia]& quarta ēt gñatione in
manu principis babylōis: peccatū vtiq; Ro Exo.
manoꝝ. Siqdē ſub illius tēporis ſpatio pla 20.
ti eccleſiaſtici adorauerūt militiā coeli: & co
luerūt excelſa: extruxerūt aras in domo dei: 4.re.
& altaria: coeli militię in duobus atriis tem 21.
pli filios trāſduxerūt p ignem ariolabantur
auguriabant phitones & aruſpices & ydolū
luci in tēplo dei poſuerūt. Propter quod in
quit dolēs vertam & ducam crebrius ſtilum
ſup faciem hieruſalem. Nota. Excelſa, aram,
militiam, altaria, phitones, ariolos, augures
aruſpices, lucos, ydola, templum, domum, &
hieruſalem. Moralr ſuper excelſa, ſuperbię:
arę auaritię: militię coeli, ſęculares pruden-
tię: altaria, vanaglorię: luci, eloquentię. Ex-
celſa ptinēt ad paſtoꝝ ſupbiā: arę ad ſacer-
dotū auaritiam: militia coeli, ad diuerſorum
ordinū gradus itra eccleſiam: altaria, ad re-
ligioſoꝝ inanē gloriam: luci, ad doctoꝝ elo
quētiam. Item in duobus atriis templi eccle Eze-
ſię.ſ. laycis grecoꝝ & latinoꝝ erecta ſūt ſtu ch.8.
dia ſęcularium doctrinaꝝ i qbus erāt aſtro
logi velut coeli militia q de curſu ſolis & lu-
nę & aſtroꝝ, aliorūq; ſignoꝝ fatuos inſtru
xerūt. Sed nūc uſq; iſtiuſmodi trāſfuſa dole
mus: dum pro ariolis ariſtotelicos: pro au-
guribus, ſortilegos: pro phitonibus nigro-
mātes: pro aruſpicibus, geomāticos: pro lu
cis, poeticos, pro ydolis, ydromāticos, chy-
romanticos, aeremāticos: pro filiis p ignem
adductis, pyromāticos adoramus. Propter
quę non mirum ſi contra hieruſalem ſcilicet
totam eccleſiam Romanam de facie ſua ob-
firmat. aīs cōfirmauit facturus iudicium de
gente peccatrice: populo graui iniquitate: ſe
mini neq̃ & filii ſceleratis: peccatrice, per ſu- Eſa.
perbiam: graui, per auaritiam: neq̃ per inui- 1.
diam. Sceleratis, per luxuriam: p ſuperbiam

prelatorum

prælatoꝝ:per auaritiam/clericoꝝ: per inui
diam/monachoꝝ:ꝑ luxuriam/laycorum. Et
primi ſunt dñm relinquẽtes, ſecũdi ſemen iſ/
Eſa.i rael blaſphemãtes:tertii abalienati ſunt re⸗
trorſum:a voto & ꝓpoſito recedentes: quar
ti præuaricationi cõiugalis fœderis obuiã⸗
tes.Sup quo ergo eos dñs pcutiet: delens in
4.re. quit vertam & educam crebrius ſtilũ ſup fa⸗
21. ciem eius.Delebit/ꝑlatos:vertet ſtilum affli
ctionis acutæ in clericos:ducet/præſſurã in
religioſos: multiplicabit erĩnas in laycos.
Eçe. Iſtæ ſunt quattuor plagę terrę eccleſiæ. Nã
7. omne caput lãguidũ & oẽ cor mœrẽs / a plã
Eſa.i ta pedis vſq; ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas.
Certe mens paſtorum ægrotabit in gloria
Dañ dñ ſtabũt viliſſimi:deſpecti & indigni deco⸗
xi. re regio.Viliſſimi ꝑ luxuriam:deſpecti / per
inopiam,indigni decore regio per ſupbiam.
Mens quoq; clericorum mœrebit auaritia,
Nũe. qa panis deeſt/aquæ nõ ſunt,& aĩa eoꝝ nau
21. ſeat ſup cibo leuiſſimo. Sacrificium chriſti
clerici nauſeant contẽnendo:dum de ꝓuectu
eius tenuam vitam agunt.Nec aſſequunť in⸗
Exo. de ſubſidium plenioris ſtipẽdii:& quę ad ol
16. las carnium & depones ægyptios mentem
Nũe. vertũt ad cõcupiſcẽtias.ſ.ſæculares.Nec mi/
ñ. rum ſi inde iram ſubeãt/vñ culpam iniqta⸗
Pſal. tis important. Adhuc æſcę eoꝝ erant in ore
77. ipſoꝝ &c̃.Sane in pede/regulares notantur:
Eſa.i qui cum deberẽt affectus ſpũales reſtringe⸗
a plã re qbus itur in viam pacis;ipſi nõ ſolum pe⸗
ta pe des ſuos oĩ trãſeũti diuaricant / ſed ẽt crura
dis. denudãt.Inde Eſa.Tranſi flumẽ tuum filia
Idem maris,qa nõ eſt cingulum vltra tibi: denu⸗
23. da crura:diſcooperi humerũ,bene cane, fre⸗
Idem quenta canticum:ſume cytharã: circui ciui⸗
47. tatem vt memoria ſit tui.Tyrus eſt vita re⸗
23. ligioſoꝝ mœrentium & dolẽtiũ. Mœrẽtiũ
deſiderio,dolẽtium de peccato. Qui iccirco
dicunť filii maris/vel qa mũdi anguſtias fu⸗
giunt/vel qa in amaris pnĩæ operibus quaſi
inſulari refugio ſe cõſtringũt.Sed qa plures
illoꝝ ipſius amaritudinem minus mente ꝙ̃
operę pcipiũt ad fluuium ꝓfluę turpitudi⸗
nis ſe cõuertunt: ꝓpter qđ qđ inde ſequitur
Eſai. diſpendii:diligenter attende. Primo tranſi⸗
vt ſu/ re iubentur in flumine pede: ſecundo denu⸗
pra. dare crura: tertio humerum reuelare. Inde

difficile tranſitur niſi clementer enatet.Nam Eze.
ꝓpheta ille/prius ad thalos: ſcđo ad genua: 47.
tertio ad renes:quarto ad collum. Inde in⸗
tumuerant aquę ꝓfundę torrentis: quas nõ
poterant ſine periculo trãſuadere. Pes ergo
affectus eſt volũtatis:cuius pars thalus po⸗
ſterior eſt actus iudicium dei rectum: vt qui
affectũ hẽt ad ſęculũ/ſtatim de monaſterio
eruat:& nõ ſolum volũtate in eo, ſed etiam Pſal.
actione pſiſtat. Non eſt hic fluuius q lętifi⸗ 45.
cat ciuitatem &c̃.ſed fluuius gozum qui ca⸗
ptiuos iſraelitas includit. Ab iſto flumine
puto dictos gog & magog. Denudatio cru Eze.
rium ſiue renum eſt turpitudo luxurię:quẽ⸗ 38.
admodũ talis ambitio auaritię / collum vel 39.&
humerus/elatio ſupbiæ.Trãſit ergo flumẽ apo.
ſæculum/auaritiam diligẽdo. Denudat cru 20.
ra/& reuelat turpitudinem carnis deſideria
amplectẽdo. Detegit collum vel humerum:
gloriam ſæculi tumidam inhiãdo. De prio
dř:Iuga boum emi qnq;/ad excolẽdam ter⸗ Luce
ram tpalis auaritiæ.De ſecũdo Vxorẽ duxi 14.
ad ꝓpagãdam carnẽ luxuriæ. De tertio vil
lam emi:ad regnãdum cũ filiis ſupbiæ. pro
his tribus ꝓpheta repetit:Intumuerant/ecce Eze.
vltimum:aquæ profundæ/ecce mediũ:tor⸗ 47.
rentis/ecce primũ. Auaritia torret: luxuria
abſorbet:ſupbia tumet.i.inflare facit: quæ
nõ potuerũt trãſuadere ꝑ deſperatiõis obie
ctum.Impius cum in ꝓfundum maloꝝ ve⸗
nerit &c̃.ꝓfundum maloꝝ eſt vanitas vani Pro⸗
tatis:cytharã aſſumẽdo:corruptionis can⸗ uerb.
ticum inſonãdo, elationis antiphonam in⸗ 18.
nouãdo.Hęc ſunt illa tria quę legimus. Nõ Eccl.
me demergat tẽpeſtas aquæ.Tẽpeſtas aquę 1.
eſt mũdana ꝓſperitas / quę demergit miſeꝝ Pſal.
per auaritiam:ꝓfundum eſt carnis concupi⸗ 68.
ſcientia/quæ abſorbet ĩprobum ꝑ luxuriã.
Puteus eſt vitæ ſuperbia/ quæ viget erigere
fatuum ſup ſe per arrogãtiam. Tẽpeſtas in
mundo:ꝓfundum in aĩo:puteus in inferno.
De primo dř. Abyſſus vallauit me/& pela⸗
gus operuit caput meũ: mentem auari reli⸗ Io. 2
gioſi vallat abyſſus ambitionis: Pelagus
actiõis.De ſecũdo.De ꝓfundis clamaui &c̃. Pſal.
Inde.Vidi equũ ruffum ſtãtem iter myrteta 129.
quæ erat in profundo. Profundum eſt car⸗ Zac.
nalis cogitatio:ꝓfundum/ libidinis opera⸗ 1.

tio: in quo ſi clamare deſpicit : perit & quaſi
Iohe iumẽtum in ſtercore cõputreſcit. In hoc pro
1. fundo ſunt mirteta. Religioſi. ſ. carnaliter
conuerſantes. Inter quos eſt equus ruffus: ex-
terminantes facies ſuas: ſicut hypocritæ tri
Mat ſtes. Equus iſte diabolus eſt / non diſcurrens
6. ſed ſtans: non foris ſed intus carnalem mali-
Zac. tiã intentando. Olim Chriſtus velut equus
1. ruffus carne vtiq; paſſioni deditus : verſus
Luce in agnum ſtabat inter mirteta diſcipulorũ, q
12. bus præcinxerat lũbos ad mũdi amaritudi-
nem ſubeundam. Mirtus hẽt foliũ amarũ,
crebrum / odoriferum / virẽs fructum auibus
parit. Folia mirti / caſta eloquia chriſti. Hic
habuit folium in doctrina: amarũ in præſſu
ra: odoriferũ / in fama : virens / in fide viuida:
fructũ / in gratia & in gloria. Gratia / quoad
opus: gloria / quoad meritum. De hac mirto
Eſai. Eſa. ait. Ponam in deſertũ abietem vlmum
41. & buxum ſimul dabo in ſolitudinẽ cedrum
& ſpinam: mirtũ & lignũ oliuæ. Poſuit deus
Chriſtũ in deſerto. i. expoſito paſſioni: abie
Mat tem / crucis excelſæ : vlmus quoq; & buxus /
27. duorũ latronum patibula ſignificãt. Vlmus
ſuſtinens vitam: latro ille cruci affixus: ver-
ba vitæ ſuſcipiẽs : buxus aũt crucifixus du-
rus ad fidem, blaſphemus ad pœnam. Item
in ſolitudine. ſ. ſolo Chriſto dedit cedrum
conſtãtiæ. Spinam / in capite: mirtum / in ve-
ſte: lignum / in cruce: oliuæ / in vulnere. Nunc
4. re. dolens / inquit: vertam & ducam ſtilum ſuper
21. faciem hieruſalem : ſed deletus de vita cor-
porali ad delẽda paccata mundi. Stilus / paſ-
ſio crucis / & vulnera crebra corporis. vertã
& ducam. Vertit / qui nõ auertit faciem ſuam
Eſai. ab increpantibus & conſpuentibus in ſe. Et
50. ductus eſt velut agnus manſuetus ad victi-
mam. Sane monacho impoſitũ eſt ſilẽtium:
vt nec ad mala vel bona os cũ Chriſto ape-
riat. Obedire debet vſq; ad mortem non lo-
qui quaſi repugnãdo : ſed potius humiliter
exequendo. Coram tondẽte agnus os non
Eſai. aperiat. Obmutuit a malis & ſiluit a bonis
53. & ſic nõ locutus eſt nec ad malum nec ad bo
Pſal. num. Silentium bonum corã tonſore Pila-
38. to. Si diceret ſi miſericordiam peteret ma-
Mat lum: ſed pœna chriſti nobis bona & neceſſa-
27. ria extitit: & iccirco impie noſtrum piacu-

lum abſtulit: dum pie patibulum non refu-
git. Aucta enim eſſet impietas ſi Pilati pie-
tatem Chriſtus expectaret. Ideoq; illius im
pietas ex Chriſti pœna impietas impiis eſt
indulta. In ſilentio (inquit) & ſpe erit forti- Eſai.
tudo veſtra. In ſilentio / mortis xp̃i expoſiti 30.
paſſioni / & ſpe vitæ, fortitudinem / repara-
tionis ex culpæ lapſu ſuſcepimus. Ideoq;
prædixerat in Tren. Bonum eſt præſtola- Trẽ.
ri in ſilentio ſalutare dei. Præſtolemur ergo 3.
& nos bonũ auxiliũ a dño deo vero: vt in fu
turo diſcrimine / in ſilentio / patientiæ / & ſpe
victoriẽ humiliter onera protemus: vt dum
miſericordiam quærimus / ab impiis pœnã
æternaliter ſubeamus. Futurum eſt enim vt
ſtilus anguſtiæ illius diei crebrius in facie
eccleſiæ frequentet: vt quæ ſaltem erubeſce-
re noluit a peccatis / flagellum experiat cor-
rectionis in pœnis. ⌊Sed quis miſerebit tui
Hieruſalem?⌋ aut quis tui conſolabitur? Ec
ce Pilatus alter futurus eſt gentibus impiis Mat
nõ ⌊miſerebit⌋ qa crudelis eſt & imiſericors: 27.
Crudelis quoad pœnam: immiſericors quo
ad culpam: ad pœnam inferẽdam: ad culpã
remouendam. Ecce quoq; cum eo alter He-
rodes princeps. ſ. reipublicæ: q ⌊nõ contriſta
bitur ſup te, ⌋ ſed potius illudet & remittet Luce
ad Pilatum nec dubium flagellandum. ⌊Nõ 23.
contriſtabitur⌋ tẽporalia ſubtrahẽdo: illu-
det ſpũalia cõtẽnedo. Addet & terti⁹: ⌊q nõ
itercedet ꝑ te⌋. ſ. cœtus hereticus more ſaltã- Mat
tis puellæ: flectẽt genua deſpectiue xp̃iano 6.
populo crucifixo: a cetũ in calamo ĩprope- Mat
ria vel cõuitia in auctoritatibus inferendo. 27.
Vha (inquit) qui deſtruis templum dei & in
triduo reædificas illud. Putant hæretici ſe
eſſe templum dei, & cum magis deſtruuntur /
amplius reędificari confidunt: neſcientes ꝙ
ipſi ſunt dagon: ad quod transferre ſatagunt
archam fidelium: nec conſiderantes ꝙ Da-
gon antichriſtus eo truncus in limine ma- 1. re.
neat palmis manuum, & capite amputatis. 5.
Dagon e populus hæreticus: caput anti-
chriſtus: manus fautores & rectores eorum.
Truncus dagon ſine defenſore omnis hære
ticus cõterendus. Verum qa adhuc conque-
ritur deus de hieruſalem dicens. ⌊ꝙ reliquit
eum & retro abiit⌋ cõtemnẽdo: ⌊retro⌋ abiit

praue

praue opãdo ſiue agendo:duo infert.[Ex⸗
tendam manum meam ſup te: & interficiam
te].[Extendit]affligendo:[interficit]occidē
do. Affligendo in bonis: interficiendo in
malis:bonis pſperis:malis aduerſis.i. pecca
tis. Deus pater [extendit manum ſuam] in
Mat cruce Chriſtum[ſuper hieruſalem].i.ſynago
27. gam.Et nota q̃ primo [extendit] affligen⸗
patiendum eſt Petro: quanto in prælatis huius temporis dolorem ſenſerimus innouan-
dum. Quare? quia maior effecta eſt iniqui- Trē.
tas populi mei/latinę eccleſiæ: peccato ſodo 4.c.
morum. ſ. gręcorum qui ſubuerſi ſunt a fide in momento turbinis arriani. Pernitioſum quidem eſt abuti homine: ſed multo pernitioſius adulterari per hæreſim verbum dei.

Capitulum. xxxviii. & xxxviiii.

SAne ꝙ [Hieremias de luto excutitur: & liberatur a rege Babylonis captis principibus: ciuitateq; deſtructa]: referendum eſt ad viros euangelicos ſucceſſuros quos expedit vias ſæculi calle immaculato percurrere [in fine] noui teſtamenti: & [veteris] panni: veteris teſtamenti [& ſobnam & templi præpoſitos] & reliquias vulgi captiuos ire & feri velut pilam volubilem ſuper terram: vt noſtra Hieruſalem quæ dominabatur īperio verſa vice iperio ſeruiat ſub tributo.
Vnde propheta deplorat. Infirmata eſt vir- Trē.
tus mea 1.c.

tus mea. Dedit me dominus in manu de qua
ſt·idē non potero ſurgere completis in cuſtodia.
70.annis. Capitulum. xl.

Q Vod autem [multi de profugis
Hieruſalem reuerſi ſunt in ter-
ram iuda ſub imperio regis ba-
bylonis:] ad eos referendum eſt humiles
chriſtianos qui malluerint pacifice viuere: q̄
caldæis & alemanis ferocibus repugnare.

Capitulum. xli.

[ET factum eſt in menſe ſeptimo]
&c̄. Quod autem [Iſmael filius
Nathaniæ/Godoliam filium Ay
char cum ſociis in dolo ſubuer-
tit] illos tangit principes ſæculares & eccle-
ſiaſticos præſules qui conabuntur præfe-
ctos Babylonis in Italia conſtitutos ex-
tinguere: vel de regno Siculo remouere.
¶ Præterea q̄ nōnullos ad Romanam ec-
cleſiam confluentes cum muneribus & aliis
donatiuis īteritui deſtinauit: & aliquos ſub
habendis promiſſionibus reſeruauit: ſatis
patet ex textu q̄ nonnulli fidelium interfi-
ciendi ſunt: & aliqui liberandi præuia ſpō-
ſione [munerū]. Poteſt referri ſane ad tem-
pora ſucceſſiua: in quibus a reipublicæ pote-
ſtate in dolo capiantur principes & præco-
nes euangelici liberentur [ad exhibendos the-
ſauros] in agro populi chriſtianī: vel etiam
repoſitos in ſcripturis [frumenti/ordei/olei
& mellis]. ſpiritualis vtiq; intellectus typici
videlicet hyſtorici/allegorici & moralis quo
roboretur fides/patientia comprobet/coele-
ſtia clareant: & terrena quæq; euaneſcant.

Capitulum. xlii.

ET acceſſerunt omnes principes
& cætera. Quod Hieremias ſua
ſit multis [Vt non confugerent ī
ægyptum: ſed manerent in terra
ſecuri a facie caldæorum: & au-
dirent ſoliciti vocem dei] ad eos ſermo diri-
gitur/qui duplici corde domino ſeruiunt: &
quem honorant labiis/cordibus vilipen-
dunt: reuertendo ad ſæculares illecebras &
fiduciis Francorum diis ſacrificantium/Ale-
manis magiſtrorum. ſ. ſæcularium ſtudioꝶ.
Vnde ſequitur in fine capituli. xliiii.

Capitulum. xliiii.

[ECce ego tradam Pharaonem
regem ægypti] ſcilicet regē Frā-
cie [in manu inimicorum eius] Hie.
ſcilicet regum terræ imperii: [ſi- 52.
cut tradidi Sedechiam regem Iuda Roma-
num præſulem cum ſequacibus ſuis: [in ma-
nus regis Babylonis] principis alemanorū.

Capitulum. xlv.

[ET Baruch] reprachen-
dit [Hieremiæ ſcriptor] Su-
prædicator vtiq; verbi pra
dei: [querens ſibi grādia] 43.
eo tempore quo dominꝰ: Hie.
edificādo [deſtruit/& plā- 8.
tando euellit]. Nam per-
ſecutionis & afflictionis
eccleſiaſtice tempore/ſeu ēt peccatoris euerſi Nota
non decet prædicatorem loqui ſublimia: ſed p pre-
quæ ſunt conformia ſanctis: imo omnino ſi- dica-
lere & ſaluare ſemetipſum: & alium incorri- tori-
gibilem confutare. Capitulum. xlvi. bus.

A [D ægyptum aduerſum exercitum
Pharaonis:] cuius eſt non illius ſub Exo.
quo depreſſus eſt Iſrael: nō alterius 3.
cuius Salomō filiā duxit: ſed [Nechao:] qui 3. re.
amicitiā habuit cū Ioſia. Primus qdē Pha- 3.
rao deſignat pontifices iudæoꝶ perſequen- 1. re.
tes Apoſtolos. Secundus Pharao præſules 2.
& reges Conſtantinopolitanos: qui cōfeſſo-
rum tempore latinis pontificibus amicabili-
ter adheſerunt. Tertius [Pharao Nechao].
Reges & rectores Francos: qui Leonem pa-
pam & ſucceſſores eius hactenus dilexerunt.
Hi dicuntur [eſſe iuxta flumen eufratem in
charcamis: quos percuſſit Nabuchdonoſor
Rex Babylonis]. Si Ioachim rex inde inſpi-
citur: profecto Paſchalem papam tangit hy-
ſtoria qui captus eſt a Normanis: qui tan-
dem Alemanis proſtrantur/initio certami-
ne inter eos: Normania enim in cauernis
deſignata eſt. Quicquid legendo ſequitur
propheta/ironice intelligendum eſt contra
Francos. Quod autem dicitur [Fortis
impegit in fortem]. Francus in alemanos.
[Ambo pariter corruerunt] non eatenus in-
telligaſ q̄ neutri ſit data victoria: ſed qa in

deuincendis Francis/ multitudo Alemano-
rum in ea ceſa fuit. Vnde legitur [ad flumen
eufratem] ideſt fortitudinem imperii victi
ſunt Francorum exercitus & ruerunt. Vnde
Eſai. Eſaias. Corruet auxiliator & tradet cui prę
31. ſtatur auxilium ſcilicet omnes conſumentur
quia ſuperatur Frācus: capitur ſummus Pō
tifex: domatur alemanus Imperator. Itē ad
Egyptum. [Annunciate egypto] partes Frā
cie adiacentes: tanq̄ hiſtoria ſpecialis: ſuper
quas [ſtimulator ab aquilone] poteſtas ale-
manica venit: [vnde confuſa eſt filia egypti:
& tradita eſt in manus populi aquilonis]. Si
inculcatio contradictionis huius inter fran
cos & alemanos inducitur: videatur adhuc
in futuris temporibus Francia conculcetur:
ſiue per ſciſſuram diſcordie: ſiue per copu-
lam ficte amicitie inter regni principes & im-
perii poteſtates: & ad ſpirationem aliquo-
rum deum timentium fiat de rebellium repu
Eſai. gnatione triumphus. In Eſa. Corruere fa-
19. ciam egyptios: Francos vtiq; contra fran-
cos: & tradam Egyptum in manus domino-
rum crudelium: principum tyrannorum. Et
rex fortis domabitur eorum: futurus in illa
tempeſtate monarca. Vnde & erit via de ęgy
ibidē to in Aſſyrios/de Francia Theutoniam in-
trabit aſſyrius in ęgyptum verſa via: & ſer-
uient Aſſyrii ęgyptiis. Ciuitas autem ſolis
quę eſt in terra ęgypti vna vocabitur. Ciſter
cienſis religio/quæ eſt in clara valle claruit:
& reſpectu aliarum quattuor eccleſiarum/
clericorum canonicorum nigrorum: & alio
rum ordinis more ſolis refulſit.

Capitulum. xlvii.

A [D paleſtinos]. Quod contra pa
leſtinos aſcenderit rex ęgypti Pha
rao: & induxerit [caluitium] ſuper
Syriam & Tyrum [diſſipauerit
& ſydonem:] profecto partem illam populi
Francorum inſinuat: qui in duce Viſcardo
regnum Apulie inuaſit: Campanias prę ſſit:
& Siciliam deuaſtauit. Vnde & dicitur. [Ec-
ce aquæ aſcendunt ab aquilone quaſi tor-
rens inudans: & operient terram omnem. Al
legorice exterminium hæreticorum præno
tat qui regnum Apuliæ conſtuprarent.

Capitulum. xlviii.

A [D Moab]. Moabitę ſunt grę
ci: quos vaſtandos dominus in-
ſinuat: [& cornu] eius imperiū
abſcindendum a gentibus impe
rii latinorum. [Capta eſt cariathiarim] Cō
ſtantinopolitana prouincia: [eſebon] qu og;
& aliæ ciuitates eccleſiæ ſunt: contra quas
aſcenſuros non ambigo vaſtatores: quia grę
ci opus doloſe fecerunt: habendo Chriſti no
men: ſed fidem erroribus corrumpendo. Id-
circo [confunditur Moab a Camos] idolis
ſuis: & ſic [glorioſus] græcorum [baculus cō
fringetur]. Iam enim gręci audierant vt re-
linquerent ciuitates & erroneas doctrinas:
& habitarent [in petra] Romę fidei firma-
mento: & eſſent [quaſi columba] ſpiritum do
mini procedentem a filio confitendo nidifi-
cans operibus demonſtrando [in ſummo ore
foraminis] aliis fidelibus vitiando. Sed [au-
dita eſt ſuperbia Moab: ſuperbꝰ eſt valde].
contemnendo redire ad fidem eccleſiaſtice ve
ritatis. [De planctu Iazer plorabo tibi vi-
nea ſabama] vero flet eccleſia latinorum:
græcos in ſuis fecibus erroneis tabeſcentes:
q; nō cōuertunt & viuāt. Veꝝ captiuitatis
eoꝝ adhuc ꝯuertet ad fidē Ro. eccl'ię in no-
uiſſimis diebus. i. circa finem ſecūdi ſtatus &
initiū tertii: qd' iam inſtat.

Cap. xlix.

A [D filios Amon Rabath &
Gath], licet Anthiochenas
ptes ꝑnunciēt: tn̄ vaſtatores
eoꝝ ad britanos & ſcotos qa
tranſmittūt vt culpa/ quā il-
lis vita diſſoluta itulit i iſtis
correptiōis iterdicta reſtringat. ℭ [Ad idu
meā]. ſm intellectū q ptinet ad primū ſtatū
ſubuerſionem indicat iudęoꝝ ſub Veſpeſia-
no cōpletā. Si ſm alium intellectum adhuc
i ſraelitanum regē inſinuat elidēdum. [Ecce
(inquit) quaſi leo aſcendet de ſuperbia Ior-
danis ad pulchritudinem robuſtam]. quod
ſpectat ad ſaracenos. Vnde ſuperius. A voce
ruinę eius cōmota eſt oīs terra. ſ. eccleſia ge-
neralis. Q d' aūt dicit. [Clamor in mari ru-
bro auditus eſt vocis eius] Romanum im-
perium excitandum non ad gratiam ſed ad
iram

ſram.Vnde ſubiungitur.[Ecce quaſi aquila
aſcendit & expandit alas ſuas ſuper Boſra:
& erit cor fortium Idumęę/quaſi cor mulie
ris parturientis].Videtur ꝙ tempore quo ec
cleſia parturiet in dolore principis reipubli
Eri⸗ cę Regnum illud obtineat ſm̄ Eritheam q̄
thęa dicit.Vſq; Tyrum eius ſibillus audietur:ſed
Sy⸗ inualeſcente clamore deſidii/plus de illis ti⸗
billa. mendum eſt q̄ loquendum.ℭ Nota ꝙ Idu⸗
męa quandoq; gentilia inſinuat in Roma⸗
nis partibus conſtitutam: ſecundum quem
intellectum[mare rubrum]non deſignat im
perium:ſed fortitudinem gentium remota⸗
Pſal. rum:ſuper Alemanorum imperium cōcitan
59. dam vt intelligatur quod dicitur.Quis de⸗
ducet in ciuitatem munitam.ſ.Romam: &
vſq; in Idumęam.ſ.prouincias adiacentes.
Eſai. Quod vero Eſa.dicit.Quis eſt iſte qui ve⸗
63. nit de Edom/tinctis veſtibus de Boſra: ad
chriſtianum populum imponendum eſt ſub
futura imperii tribulatione pręmendum: vt
Mer⸗ intelligatur illud Merlini: tēpore eius.ſ.rei
linus publicę præſide mare ſanctoꝝ ſanguine ru⸗
tilauit.ℭ[Ad damaſcum].prima damaſcus
ſcdam & tertiam typicas.Vnam in gręciam
alteram in Italiam cōſtitutas. Et ibi tangit
arrianos hęreticos.hic diebus iſtis feces hæ
reticoꝝ omnium patarenos. Vñ futurū eſt
[vt ſuccendat ignis]furentis imperii in for⸗
tibus ciuibus eorundem: [& deuoret menia
Benadab]:ligurum.ſ.poteſtates.ℭ[Ad ce⸗
dar & omnia regna Aſſor]partes in barba⸗
ras nationes inſinuāt:quas faciendas nō ābi
go:non tm̄ ab extraneis chriſtianis verum
etiam a finitimis agarenis.Videtur ꝙ orien
talis exercitus interim deſſideant: & vnus cō
tra alium inſurgentes in exterminium popu
los erroneos ſub imperi poteſtate deducāt.
ℭ[Ad ęlam]Quod hiſpanis & occidenta⸗
les nationes eas perſecutionis gladius attri⸗
uit quanto poſt inter vitationem eorum po
ſteros ad fidem catholice inſpirationis im⸗
pellit.Secūdū autem quintum locum typi⸗
ci incole ruthenoꝝ & aliorum confiniū re⸗
gna perquirit:qa verſatilis gladius nō tam
ab occidentalibus barbaros corripit: q̄ fal⸗
ſos chriſtianos & infideles alios ſub aquilo⸗
ne diffuſos vibratus inuoluit. Cap. l.

A[D babylonem & terrā caldęoꝝ].
poſt regna omnia de calice inſanien
tia[babylonis:]ipſa quoq; furoris
prophetici poculum exhaurire compellitur
vbi qui manum contra omnes extenderat:
contra eam manus omnium extendatur.Cū
enim in mundi archa boni maliq; ſint com⸗
muniter permixti:neſcio quis de tanto con⸗
fuſionis baratro excuti debeat:niſi prius mē
te q̄ corpore pedem myſticum retrahat: &
ad montana vitæ cœleſtis cum feſtinatione
aſcendat.Sed quia neutrum eſt vt intus etiā Pſal.
quæ non rapuit/nunc exſoluet non debet 58.
proinde palmes vtilis ſuccidi:ſi aperte ſteri⸗ Ioā.
lis ſuccidatur:alias nō debet areſcere ſed flo 15.
rere:vbi vindictam ſingulam viderit de ma
litia fieri peccatoris.[Annunciate (inquit)
gentibus/& auditum facite: leuate ſignum:
prædicate & nolite cœlare.Capta eſt Baby
lon:confuſus eſt Bel:victus eſt Merodach]. Iaco.
Semper enim dominus miſericordiam ſuam 3.
ſuperexaltat iudicium:ſemper peccatores & Pſal.
abundantes in ſæculo patienter expectat:vt 72.
ſaltem conuertantur & viuant. Vnde eos in
opere præmonet: vt de[babylonis medio
fugiant]:& ſe per pœnitentiam ab ira furo
ris domini ſe abſcondant:& ꝙ ſicut in mali 1.Io.
gno mundus eſt poſitus:ſic non poteſt non 5.
fieri quis ex ſua inhabitudine peruerſus. Pu
to ego in ſalutis conſilium per totam eccle⸗
ſiæ latitudinem viros in proximo euangeli
cos diffundendos: vt terrendam mundi ſu⸗
perbiam pie prænuncient:& radices vitio⸗
rum de cordibus humanis extirpent.[Grex
(inquit)perditus factus eſt populus meus:
paſtores eorum ſeduxerunt eos: feceruntq;
vagari in montibus]. Quantūcunq; in po⸗
pulo chriſtiano ſit experta proditio: quan⸗
ta ex magnorum conſilio ſit ſecta in eccleſia
Romana/ex negligentia percipitur præla⸗
torum/nolentium eos ſuper ripam diſcipli⸗
ne cōſtringere:ſed eos quēlibet in ſua liber⸗
tate vagari.Si cunctis cæteris efficta omnia
quēadmodum vita apoſtolica edocet in ec⸗
cleſia primitiua:profecto[nō fieret grex diſ⸗
perſus:]nec a mundanis beſtiis & filiis baby

lonis laceratus.Sed exquo reditus & benefi⸗
cia ſunt/factus eſt ſingulus a ſæculo vir fa⸗
moſus.Et neceſſe eſt regula qua magis attol
litur/ea fortius inuidia feriatur. Inde eſt ꝙ
eccleſia fluctuat:dum mundus ſctuit dñ pa⸗
ſtor negligit/mundana diligens/diuina con⸗
temnens.Q uid vltra?Niſi conuerſi fuerint
ad diuitiarum ſarcinas deponendas/[gladi⁹
aquilonis]ſuper eos inducitur: & tanto fiet
ꝑdo in republica præſidens violatus acrior
quanto ſummus paſtor & alii in retinendis
temporalibus fuerint duriores.℄ Licet au⸗
tem contra[caldæam & babyloniam]alema
niam atq; Romam [biceps gladius] veniat
punitiuum plurimarum:ego populum chri
ſtianum verſum in babylonium caldæum in
telligo:conuerſionem operum perditam: &
operum impietate fedatam.Nam quos ali⸗
quando ſimulationes & odia vniunt: inter⸗
dum etiam carnalia non ambigunt. Tales
autem neceſſario patent neceſſitati a ſuper⸗
uenientis imperii tempeſtate præmendi: vt
diſcant ſola ſpiritualia quærere vel ſapere:
& non in temporalibus abundare. Nam[qc
quid de gladio famę & peſte]contra iudęos
inducitur:profecto in afflictiõe populi chri
ſtiani:cum electus populus in hoc mũdo in⸗
ter reprobos ſic captiuatus/ſpiritum verti⸗
ginis euocat/ſi ex toto ſpiritualia organa in
Pſal. babylonis ſalicibus non ſuſpendat.Ecce plã
136. tauit dominus nouas ſalices ſecus generatio
nes ſæculi defluentes:quæ fructificare mun
do renuunt:ad cœleſtia ſola tendunt: ſalu⸗
tis vtiq; conſolationis & paupertatis volun
tarie amatores:fide etiam viuidos & corre⸗
ptione ſeueros:quibus mundi gaudiis dere⸗
lictis:gaudiorum ſpiritualium organa de⸗
bemus ſaniori conſilio applicare:vt tandem
pro terrenis ſtipendiis nobis cœleſtia im⸗
pendantur.In via enim corrigimur munda⸗
na deſerere:vbi mundus quærit quę ſua ſũt.
Priæ Lupus rapit/mors diſcindet: & incumulum
adco vnitatis perfectionis erectus ſcindetur ĩ par
ri.10. tibus:pro cuius ſciſſura tanto deſolationis
In p⸗ proximus:quanto per tyrannos imperii di⸗
tes ripitur virtus eius.Certe ſi vnus in republi⸗
ca præſideret:& ſibi quaſi præcellenti duci
chriſtianus populus deo deſeruiret: non de
facili poſſet irruere iacturã Petri nauis.Sed
dum habet exaltat:videat in tempore ſucceſ
ſor/ne putans in chriſtianis regibus pontifi
ces proram ſpei fortius figere:alemanici prĩ
cipis puppis Romani capituli diſſoluetur.
Q uod quia velit nolit mundus:vt fortes ec
cleſiæ mordeantur:vt cadat pontificalis ſu⸗
perbia:& cultus eccleſiaſticus in temporali⸗
bus minuatur.Et hoc ex participio[Baby⸗
lonis calicis]& propter ruinam imperii Ro
manorum conſulit Hieremias in futuris vi
ris euangelicis[recedere de medio Babylo⸗
nis caldæorum:]ne fiant ęterni vel tempo⸗
ralis ſupplicii participes imminentis.Et qui Ioã.
dem Petrus ducendus eſt quo nõ vult:& Ro 21.
manus clerus vel ordo pontificus reſtringen
dus.Et ne forte Ioannes & Iacobus tãto am
plius garriant:ſibi commiſſa eſt cura anima
rum:pro quibus animam ſuam religioſi &
græci ponent etiam calicis imperii eſſe non
poterunt inexpertes:pro eo ꝙ ſinguli corũ
decori iuſtitiæ ſolito plus delinquent.

Capitulum.li.

DEniq; ꝙ [Hieremias ſcribit librũ]
de malis venturis in mundum: &
præcipit[Saraie]principi prophe
tie:[vt lectis verbis libri/ipſum ad lapidem
alligaret:& in flumine eufrate]in typum[de
mergendum babylonis immergat].Ad ſpiri
tum dei referendum eſt:& equæ viros euan⸗
gelicos ſuſcitandos plenarie inſtruit myſte⸗
ria abſcondita a finibus ſæculorum:vt ea re
uelent populis fidelibus chriſtianis in toto
orbe diſperſis:in ſignum & memoriam per⸗
dendorum:vt ſi penitere contempſerint/iu⸗
dicium reipublicę ſubintrant:quos ignoran
tia verbi dei non excuſat. ℄ Sed quęrendũ
nobis eſt:quare in cætera omnia Eſaias de Eſai.
babylõe texit oraculum:cum Hieremias or 13.
dine præpoſtero verbum explicet babylo⸗
nis.Sed ſciendum ꝙ Eſaias primo præmi⸗
ſit de babylõis exordio ſcilicet Romę: quia
diebus eius exaltabitur in regno: & Hiere⸗
mias merito finem in ea facit:vt cum ea mũ⸗
dus in futuro iudicio deſtruatur. Et ſi Ro⸗
manum imperium iam tendat ad nihilum &

caldęorum:ne vox ſolium alemanorum vertat in caſum. Erithea, Poſt hæc veniat Aquila habēs caput & pedes.6o.colore pardi ad liuorem: vulpis quoad fraudem leonis quo ad terrorem. Quia forte ſub occaſione patarenorum cohercendorum doloſe incedet cōtra eccleſiam. Et ſic repugnantibus Italicis & eccleſia iram ſue indignationis exerceat: hęres tuus mamillis ſponſe agni lactabitur ſcilicet eccleſiæ auxiliis. Inde Eſaias, Delectabitur infans ab vbere ſup foramina aſpidis: & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum ſuam mittet. O Cæſar vel deuoret poſteriorem vel pupillum: ſed deſtruet in breui: vt infans in eandem imperet capitibus regulorum. Inſignis aquila alemania Tyrus ſyria: ex duobus filiis vnus peribit Item ex tribus & aliis vnus principabitur. Tandem ſubiectis omnibus, præter vnum qui ad extrema perdetur a populo cotemnendus. Interim quanta mala futura ſint in liguria / totaq; Italia: quam dicere magis eſt experiri. Nam duo hirci.ſ.principes græcorum auxiliabuntur ei: Germanis adhibitis ſiue Francis Romanorum nobiles interibunt: & excocto ſummo Pontifice ac monaſteriis imminutis: cultus exſufflabitur chriſtianus. Sane imperium Conſtantinopolitanum reuertetur ad gręcos: ex Britanis multi fient incole Sicilie regionis. In ipſo quoq; finitur imperium: quia & ſi ſucceſſores Chriſti fuerint: tamē imperiali vocabulo ex Romano faſtigio priuabunt. Cum decies & .1300. anni Antichriſtus naſcetur demone plenus poſt partum Virginis alme.

(Margin: Erithea Sybylla; Eſai. xi.)

F I N I S.

¶ Explicit liber Ven. Abbatis Ioachim ſuper Hieremiam prophetam: quem ſcripſit ad Henricum.vi. Imperatorem.

¶ Impreſſum Venetiis per Bernardinū Benalium.1525.Die.20.Nouembris. Cui breue obtinuit a ſummo Pontifice, vt necubi quis imprimere/ſeu imprimi facere poſſit dicta opuſcula ſub pena excommunicationis late ſententie: quam contrafacientes eoipſo incurrant: a qua abſolui non poſſint/niſi ſatiſfactione præmiſſa.

Regiſtrum.

A	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n
4	4	2	2	4	2	2	4	2	4	2	2	3	2

¶ Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos/offendet lector ocellos,
Quod mihi mendoſo grammate/verſis eat/
Emendare velis: nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis/Bibliopola tuus:
Sed turbata magis preſſoris inertia/quando
Sera dedit laſſas artubus hora manus.

¶ Deo & candidiſſime Virgini gratie.

¶ Nemo confidat nimium ſecundis.

Digitized by Google

temeritate cognoſcat. Certe ſi ad radicem
huius mali oculos noſtros vertimus: non
debet in humili Chriſto fundata eccleſia ſu-
perbe & altum ſapere: ſed timere ne ſi ad tē-
porales diuitias inhiet: eas velut puluerem
tandem ventus reportet. Non enim res ex
abundantia in fauſtū date ſunt/ſed ad vſum:
& propterea fruſtra erigitur qui repente fi-
nitur. Apoſtolorum tempore ſatis fuit exi-
lis eccleſia: ſed ſub quanto diſcrimine ſequen
tes martyres extiterunt: eorum grauis an-
guſtia repræſentat. Religantur doctores
vel confeſſores & morti traduntur: & carce-
ri ſub apertione ſignaculi tertii. Et quarto
loco ſpirituales virgines/terreitas ſecta ma
humetica polluerunt: ſolertia lectoris inten
dit. Nunc autem quinto loco & tempore in
quo eccleſia a domeſticis ſuis deprimitur:
non debet in ſæculi ſubſtantia/ſed in dei po
tentia gloriari. Quia & ſi fideles principes
aliquid Chriſto pauperi contulerunt: non
eſt conſonum, vt clericalis ordo dilatatus
Geñ. ſub pace/incraſſatus ope/impinguatus ocio/
xi. ſitate recalcitret: ſed magis ſuperfluum de-
tur pauperibus: & non viris famoſis & gigā-
tibus turrim conſtruentibus babylonis. At-
Mat. tendite vniuerſi. Aurum oblatum eſt Chri-
2.c. ſto: cuius ope fugeret in ægyptum. Myrrha
qua ſubiret patibulum. Thus quo deum lau
daret: non quo rebellaret Herodi, vel eſſet
oneri Pharaoni. Non vt delitiis vacaret &
gule illecebris: non vt de acceptis beneficiis
haberetur ignarus & ingratus. Moderni vi-
carii Saluatoris: thus negligunt/myrrham
negligunt: & aurum quærunt: vbi cum do-
Apo mina Babylone poculum in aureo calice
ca.17 miſceant: & cæteros de abhominatione ſua
inficiant ſectatores. Puto ego de talibus Da
Dañ. nielem diſſerere. Cum videritis (inquit)
9. abhominationem deſolationis ſtantem in
Mat loco ſancto/qui legit intelligat. Locus ſan
24. ctus eſt eccleſia/ſanctificatus ſanguine Chri-
ſti: abhominatio eſt prælatus imundus: de-
ſolans ſolium Salomonis/diſtrahendo au-
rum: deſtruendo ebur mentis & carnis mun-
ditias/manu lacerando orationes & operas.
Hic ſtat per dignitatis appetentiam: nec le-
git ſcripturas ſanctas ſed fabulas: ſed nec in-
telligit ſue elationis miſerias. Veniet dies im
mo iam venit vt ad morſum colubri tortuo
ſi retrorſum cadat aſſeſſor equinis leſis vn-
gulis poteſtatum. ℭ Hic notandum q̄ fili⁹
tuus o Princeps partem principum ſæculi
vel pontificum ad Henricum eccleſiæ Ro-
manorum mordendo inficiet/partem decre-
ſcendo corrumpet: & ſic ſublatis de circuitu
viribus ipſa vel ad paupertatis anguſtias de
cidat: vel ſqualorem publice reſtrictionis in
currat. Inde facti ſunt hoſtes eius in capite Tré.
ſcilicet victores inimici eius: locupletati ſūt 1.c.
ſpoliis: q̄a facta eſt quaſi polluta menſtruis
inter eos. ſ. temporalibus. Foris (inquit) in-
terficit gladius & domi mors ſimilis eſt. Gla
dius inquam perſecutio imperii. Mors pro-
ditio Romani capituli. Item circumędifica-
uit aduerſum me obſiſtendo: vt non egre- Tré.
diar repugnando. Aggrauauit compedem 3.c.
meum: fratres miſerabiliter captiuando. Cō
cluſit vias meas lapidibus quadris: a quat-
tuor partibus debellando. Inde Petrus/lati- ibidē
ni prælati: inter quattuor quaterniones mi- Act.
litum ſeruabatur. Vnde tantum in hoc com 12.
patiendum eſt Petro: quanto in prælatis hu
ius temporis dolorem ſenſerimus innouan-
dum. Quare? quia maior effecta eſt iniqui- Tré.
tas populi mei/latinę eccleſiæ: peccato ſodo 4.c.
morum. ſ. gręcorum qui ſubuerſi ſunt a fide
in momento turbinis arriani. Pernitioſum
quidem eſt abuti homine: ſed multo perni-
tioſius adulterari per hæreſim verbum dei.

Capitulum. xxxviii. & .xxxviiii.

SAne q̄[Hieremias de luto excu-
titur: & liberatur a rege Baby-
lonis captis principibus: ciuita-
teq; deſtructa]: referendum eſt ad
viros euangelicos ſucceſſuros quos expe-
dit vias ſæculi calle immaculato percur-
rere[in fune]noui teſtamenti: &[veteris]pan
ni: veteris teſtamenti [& ſobnam & templi
præpoſitos]& reliquias vulgi captiuos ire
& feri velut pilam volubilem ſuper terram:
vt noſtra Hieruſalem quæ dominabatur i-
perio verſa vice iperio ſeruiat ſub tributo.
Vnde propheta deplorat. Infirmata eſt vir- Tré.
tus mea 1.c.

tus mea. Dedit me dominus in manu de qua
Ibidē non potero ſurgere completis in cuſtodia.
70. annis.

Capitulum. xl.

Q Vod autem [multi de profugis
Hieruſalem reuerſi ſunt in ter-
ram iuda ſub imperio regis ba-
bylonis:] ad eos referendum eſt humiles
chriſtianos qui malluerint pacifice viuere: q̄
caldæis & alemanis ferocibus repugnare.

Capitulum. xli.

E[T factum eſt in menſe ſeptimo]
&c̄. Quod autem [Iſmael filius
Nathaniç/Godoliam filium Ay
char cum ſociis in dolo ſubuer-
tit] illos tangit principes ſæculares & eccle-
ſiaſticos præſules qui conabuntur præfe-
ctos Babylonis in Italia conſtitutos ex-
tinguere: vel de regno Siculo remouere.
¶ Præterea q̄ nōnullos ad Romanam ec-
cleſiam confluentes cum muneribus & aliis
donatiuis īteritui deſtinauit: & aliquos ſub
habendis promiſſionibus reſeruauit: ſatis
patet ex textu q̄ nonnulli fidelium interfi-
ciendi ſunt: & aliqui liberandi præuia ſpō-
ſione [munerū]. Poteſt referri ſane ad tem-
pora ſucceſſiua: in quibus a reipublicę pote-
ſtate in dolo capiantur principes & præco-
nes euangelici liberentur [ad exhibendos the
ſauros] in agro populi chriſtianī: vel etiam
repoſitos in ſcripturis [frumenti/ordei/olei
& mellis]. ſpiritualis vtiq; intellectus typici
videlicet hyſtorici/allegorici & moralis quo
roboretur fides/patientia comprobet/cœle
ſtia clareant: & terrena quæq; euaneſcant.

Capitulum. xlii.

E T acceſſerunt omnes principes
& cętera. Quod Hieremias ſua
ſit multis [vt non confugerent ī
ęgyptum: ſed manerent in terra
ſecuri a facie caldęorum: & au-
dirent ſoliciti vocem dei] ad eos ſermo diri-
gitur/qui duplici corde domino ſeruiunt: &
quem honorant labiis/cordibus vilipen-
dunt: reuertendo ad ſæculares illecebras &
fiduciis Francorum diis ſacrificantium/Ale
manis magiſtrorum.ſ. ſæcularium ſtudiorum.
Vnde ſequitur in fine capituli. xliiii.

Capitulum. xliiii.

E[Cce ego tradam Pharaonem
regem ęgypti] ſcilicet regē Frā
cie [in manu inimicorum eius] Hie.
ſcilicet regum terrę imperii: [ſi- 52.
cut tradidi Sedechiam regem Iuda Roma-
num præſulem cum ſequacibus ſuis: [in ma
nus regis Babylonis] principis alemanorū.

Capitulum. xlv.

A[T Baruch] repræhen-
dit [Hieremiæ ſcriptor] Su-
prædicator. vtiq; verbi pra
dei: [querens ſibi gr̄ādia] 43.
eo tempore quo dominus Hie.
edificādo [deſtruit/& plā 8.
tando euellit]. Nam per-
ſecutionis & afflictionis
eccleſiaſtice tempore/ſeu ēt peccatoris euerſi Nota
non decet prædicatorem loqui ſublimia: ſed p pre
quæ ſunt conformia ſanctis: imo omnino ſi dica-
lere & ſaluare ſemetipſum: & alium incorri- tori-
gibilem confutare. bus.

Capitulum. xlvi.

A[D ægyptum aduerſum exercitum
Pharaonis:] cuius eſt non illius ſub Exo.
quo depręſſus eſt Iſrael: nō alterius 3.
cuius Salomō filiā duxit: ſed [Nechao:] qui 3. re.
amicitiā habuit cū Ioſia. Primus quidē Pha- 3.
rao deſignat pontifices iudęorum: perſequen- 1. re.
tes Apoſtolos. Secundus Pharao præſules 2.
& reges Conſtantinopolitanos: qui cōfeſſo-
rum tempore latinis pontificibus amicabili-
ter adheſerunt. Tertius [Pharao Nechao].
Reges & rectores Francos: qui Leonem pa-
pam & ſucceſſores eius hactenus dilexerunt.
Hi dicuntur [eſſe iuxta flumen eufratem in
charcamis: quos percuſſit Nabuchdonoſor
Rex Babylonis]. Si Ioachim rex iude inſpi
citur: profecto Paſchalem papam tangit hy
ſtoria qui captus eſt a Normanis: qui tan-
dem Alemanis proſtrantur/initio certami-
ne inter eos: Normania enim in cauernis
deſignata eſt. Quicquid legendo ſequitur
propheta/ironice intelligendum eſt contra
Francos. Quod autem dicitur [Fortis
impegit in fortem]. Francus in alemanos.
[Ambo pariter corruerunt] non catenus in
telligaē q̄ neutri ſit data victoria: ſed quia in

deuincendis Francis/ multitudo Alemano⸗
rum in ea cęſa fuit. Vnde legitur [ad flumen
eufratem] id eſt fortitudinem imperii victi
ſunt Francorum exercitus & ruerunt. Vnde
Eſai. Eſaias. Corruet auxiliator & tradet cui prę
31. ſtatur auxilium ſcilicet omnes conſumentur
quia ſuperatur Frācus: capitur ſummus Pō
tifex: domatur alemanus Imperator. Itē ad
Egyptum. [Annunciate egypto.] partes Frā
cie adiacentes: tanq̄ hiſtoria ſpecialis: ſuper
quas [ſtimulator a b aquilone] poteſtas ale⸗
manica venit: [vnde confuſa eſt filia egypti:
& tradita eſt in manus populi aquilonis]. Si
inculcatio contradictionis huius inter fran
cos & alemanos inducitur: videatur adhuc
in futuris temporibus Francia conculcetur:
ſiue per ſciſſuram diſcordie: ſiue per copu⸗
lam fictę amicitię inter regni principes & im
perii poteſtates: & ad ſpirationem aliquo⸗
rum deum timentium fiat de rebellium repu
Eſai. gnatione triumphus. In Eſa. Corruere fa⸗
19. ciam egyptios: Francos vtiq̄ contra fran⸗
cos: & tradam Egyptum in manus domino⸗
rum crudelium: principum tyrrannorum. Et
rex fortis dominabitur eorum: futurus in illa
tempeſtate monarca. Vnde & erit via de ęgy
Ibidē to in Aſſyrios de Francia Theutoniam in⸗
trabit aſſyrius in ęgyptum verſa via: & ſer⸗
uient Aſſyrii ęgyptiis. Ciuitas autem ſolis
quę eſt in terra ęgypti vna vocabitur. Ciſter
cienſis religio/ quæ eſt in clara valle claruit:
& reſpectu aliarum quattuor eccleſiarum/
clericorum canonicorum nigrorum: & alio
rum ordinis more ſolis refulſit.

Capitulum. xlvii.

A [D paleſtinos]. Quod contra pa
leſtinos aſcenderit rex ęgypti Pha
rao: & induxerit [caluitium] ſuper
Syriam & Tyrum [diſſipauerit
& ſydonem:] profecto partem illam populi
Francorum inſinuat: qui in duce Viſcardo
regnum Apulie inuaſit: Campanias preſſit:
& Siciliam deuaſtauit. Vnde & dicitur. [Ec⸗
ce aquæ aſcendunt ab aquilone quaſi tor⸗
rens inudans: & operient terram omnem. Al
legorice exterminium hæreticorum præno
tat qui regnum Apuliæ conſtuprarent.

Capitulum. xlviii.

A [D Moab]. Moabitę ſunt grę
ci: quos vaſtandos dominus in⸗
ſinuat: [& cornu] eius imperiū
abſcindendum a gentibus impe
rii latinorum. [Capta eſt cariathiarim] Cō
ſtantinopolitana prouincia: [eſebon] quoqȝ
& aliæ ciuitates eccleſiæ ſunt: contra quas
aſcenſuros non ambigo vaſtatores: quia grę
ci opus doloſe fecerunt: habendo Chriſti no
men: ſed fidem erroribus corrumpendo. Ide⸗
circo [confunditur Moab a Camos] idolis
ſuis: & ſic [glorioſus] græcorum [baculus cō
fringetur]. Iam enim gręci audierant vt re⸗
linquerent ciuitates & erroneas doctrinas:
& habitarent [in petra] Romę fidei firma⸗
mento: & eſſent [quaſi columba] ſpiritum do
mini procedentem a filio confitendo nidifi⸗
cans operibus demonſtrando [in ſummo ore
foraminis] aliis fidelibus vitiando. Sed [au⸗
dita eſt ſuperbia Moab: ſuperb⁹ eſt valde].
contemnendo redire ad fidem eccleſiaſtice ve
ritatis. [De planctu Iazer plorabo tibi vi⸗
nea ſabama] vero flet eccleſia latinorum:
græcos in ſuis fecibus erroneis tabeſcentes:
q̄ nō cōuertunt & viuāt. Vęꝝ captiuitatis
eoꝝ adhuc ꝯuertet ad fidē Ro. ecclię in no⸗
uiſſimis diebus. i. circa finem ſecūdi ſtatus &
initiuū tertii: qđ iam inſtat. Cap. xlix.

A [D filios Amon Rabath &
Gath]. licet Anthiochenas
ptes p̄nunciēt: tñ vaſtatores
eoꝝ ad britanos & ſcotos qa
tranſmittūt vt culpa/ quā il⸗
lis vita diſſoluta itulit ī iſtis
correptiōis iterdicta reſtringat. ¶ [Ad idu
meā]. ſm intellectū q̄ ptinet ad primū ſtatū
ſubuerſionem indicat iudęoꝝ ſub Veſpeſia⸗
no cōpletā. Si ſm alium intellectum adhuc
iſraelitanum regē inſinuat elidēdum. [Ecce
(inquit) quaſi leo aſcendet de ſuperbia Ior⸗
danis ad pulchritudinem robuſtam]. quod
ſpectat ad ſaracenos. Vnde ſuperius. A voce
ruinę eius cōmota eſt oīs terra. ſ. eccleſia ge⸗
neralis. Qđ ait dicit. [Clamor in mari ru⸗
bro auditus eſt vocis eius] Romanum im⸗
perium excitandum non ad gratiam ſed ad
iram

ſram.Vnde ſubiungitur.[Ecce quaſi aquila
aſcendit & expandit alas ſuas ſuper Boſra:
& erit cor fortium Idumęę/quaſi cor mulie
ris parturientis]. Videtur ꝙ tempore quo ec
cleſia parturiet in dolore principis reipubli
Eri- cę Regnum illud obtineat ſm Eritheam q̄
thęa dicit. Vſq; Tyrum eius ſibillus audictur:ſed
Sy- inualeſcente clamore deſidii/plus de illis ti-
billa. mendum eſt q̄ loquendum. ℭ Nota ꝙ Idu-
męa quandoq; gentilia inſinuat in Roma-
nis partibus conſtitutam: ſecundum quem
intellectum[mare rubrum]non deſignat im
perium:ſed fortitudinem gentium remota-
Pſal. rum:ſuper Alemanorum imperium cōcitan
59. dam vt intelligatur quod dicitur. Quis de-
ducet in ciuitatem munitam.ſ.Romam: &
vſq; in Idumęam.ſ.prouincias adiacentes.
Eſai. Quod vero Eſa.dicit. Quis eſt iſte qui ve-
63. nit de Edom/tinctis veſtibus de Boſra: ad
chriſtianum populum imponendum eſt ſub
futura imperii tribulatione pręmendum: vt
Mer- intelligatur illud Merlini: tēpore eius.ſ.rei
linus publicę præſide mare ſanctoꝝ ſanguine ru-
tilauit. ℭ [Ad damaſcum].prima damaſcus
ſedam & tertiam typicas. Vnam in gręciam
alteram in Italiam cōſtitutas. Et ibi tangit
arrianos hęreticos.hic diebus iſtis feces hæ
reticoꝝ omnium patatenos. Vñ futurū eſt
[vt ſuccendat ignis]furentis imperii in for-
tibus ciuibus eorundem: [& deuoret menia
Benadab]:ligurum.ſ.poteſtates. ℭ [Ad ce-
dar & omnia regna Aſſor]partes in barba-
ras nationes inſinuāt:quas faciendas nō ābi
go:non tū ab extraneis chriſtianis verum
etiam a finitimis agarenis. Videtur ꝙ orien
talis exercitus interim deſſideant: & vnus cō
tra alium inſurgentes in exterminium popu
los erroneos ſub imperi poteſtate deducat.
ℭ [Ad ęlam]Quod hiſpanis & occidenta-
les nationes eas perſecutionis gladius attri-
uit quanto poſt inter vitationem eorum po
ſteros ad fidem catholice inſpirationis im-
pellit. Secūdū autem quintum locum typi-
ci incole ruthenoꝝ & aliorum confiniū re-
gna perquirit:qa verſatilis gladius nō tam
ab occidentalibus barbaros corripit: q̄ fal-
ſos chriſtianos & infideles alios ſub aquilo-
ne diffuſos vibratus inuoluit. Cap. I.

A[D babylonem & terrā caldęoꝝ].
poſt regna omnia de calice inſanien
tia[babylonis:]ipſa quoq; furoris
prophetici poculum exhaurire compellitur
vbi qui manum contra omnes extenderat:
contra eam manus omnium extendatur. Cū
enim in mundi archa boni maliq; ſint com-
muniter permixti:neſcio quis de tanto con-
fuſionis baratro excuti debeat:niſi prius mē
te q̄ corpore pedem myſticum retrahat: &
ad montana vitæ cœleſtis cum feſtinatione
aſcendat. Sed quia neutrum eſt vt intus etiā Pſal.
quæ non rapuit/nunc exſoluet non debet 58.
proinde palmes vtilis ſuccidi:ſi aperte ſteri- Ioā.
lis ſuccidatur:alias nō debet areſcere ſed flo 15.
rere:vbi vindictam ſingulam viderit de ma
litia fieri peccatoris. [Annunciate (inquit)
gentibus/& auditum facite: leuate ſignum:
prædicate & nolite cœlare. Capta eſt Baby
lon:confuſus eſt Bel:victus eſt Merodach].
Semper enim dominus miſericordiam ſuam Iaco.
ſuperexaltat iudicium:ſemper peccatores & 3.
abundantes in ſæculo patienter expectat:vt Pſal.
ſaltem conuertantur & viuant. Vnde eos in 72.
opere præmonet: vt de[babylonis medio
fugiant]:& ſe per pœnitentiam ab ira furo
ris domini ſe abſcondant:& ꝙ ſicut in mali
gno mundus eſt poſitus:ſic non poteſt non 1. Io.
fieri quis ex ſua inhabitudine peruerſus. Pu 5.
to ego in ſalutis conſilium per totam eccle-
ſiæ latitudinem viros in proximo euangeli
cos diffundendos: vt terrendam mundi ſu-
perbiam pie prænuncient:& radices vitio-
rum de cordibus humanis extirpent. [Grex
(inquit)perditus factus eſt populus meus:
paſtores eorum ſeduxerunt eos: feceruntq;
vagari in montibus]. Quantūcunq; in po-
pulo chriſtiano ſit experta proditio: quan-
ta ex magnorum conſilio ſit ſecta in eccleſia
Romana/ex negligentia percipitur prælai-
torum/nolentium eos ſuper ripam diſcipli-
ne cōſtringere:ſed eos quēlibet in ſua liber-
tate vagari. Si cunctis cæteris cūcta omnia
quēadmodum vita apoſtolica edocet in ec-
cleſia primitiua:profecto[nō fieret grex diſ-
perſus:]nec a mundanis beſtiis & filiis baby

lonis laceratus.Sed ex quo reditus & beneficia ſunt/factus eſt ſingulus a ſæculo vir famoſus.Et neceſſe eſt regula qua magis attollitur/ea fortius inuidia feriatur.Inde eſt ꝙ eccleſia fluctuat:dum mundus ſcruit dñ paſtor negligit/mundana diligens/diuina contemnens.Quid vltra:Niſi conuerſi fuerint ad diuitiarum ſarcinas deponendas/[gladiꝰ aquilonis]ſuper eos inducitur: & tanto fiet p̄do in republica præſidens violatus acrior quanto ſummus paſtor & alii in retinendis temporalibus fuerint duriores.ℭ Licet autem contra[caldæam & babyloniam]alemaniam atq; Romam [biceps gladius] veniat punitiuum plurimarum:ego populum chriſtianum verſum in babylonium caldæum intelligo:conuerſionem operum perditam: & operum impietate fedatam.Nam quos aliquando ſimulationes & odia vniunt: interdum etiam carnalia non ambigunt. Tales autem neceſſario patent neceſſitati a ſuperuenientis imperii tempeſtate præmendi: vt diſcant ſola ſpiritualia quærere vel ſapere: & non in temporalibus abundare. Nam[qc quid de gladio famę & peſte]contra iudęos inducitur:profecto in afflictiõe populi chriſtiani:cum electus populus in hoc mũdo inter reprobos ſic captiuatus/ſpirituum vertiginis euocat/ſi ex toto ſpiritualia organa in
Pſal. babylonis ſalicibus non ſuſpendat.Ecce plã
136. tauit dominus nouas ſalices ſecus generationes ſæculi defluentes:quæ fructificare mundo renuunt:ad cœleſtia ſola tendunt: ſalutis vtiq; conſolationis & paupertatis voluntarie amatores:fide etiam viuidos & correptione ſeueros:quibus mundi gaudiis derelictis:gaudiorum ſpiritualium organa debemus ſaniori conſilio applicare:vt tandem pro terrenis ſtipendiis nobis cœleſtia impendantur.In via enim corrigimur mundana deſerere:vbi mundus quærit quę ſua ſũt.
Priæ Lupus rapit/mors diſcindet: & incumulum
ad co vnitatis perfectionis erectus ſcindetur ĩ par
ri.10. tibus:pro cuius ſciſſura tanto deſolationis
In p proximus:quanto per tyrannos imperii di
tes ripitur virtus eius.Certe ſi vnus in republica præſideret:& ſibi quaſi præcellenti duci chriſtianus populus deo deſeruiret: non de facili poſſet irruere iacturã Petri nauis.Sed dum habet exaltat:videat in tempore ſucceſſor/ne putans in chriſtianis regibus pontifices proram ſpei fortius figere:alemanici principis puppis Romani capituli diſſoluetur. Quod quia velit nolit mundus:vt fortes eccleſiæ mordeantur:vt cadat pontificalis ſuperbia:& cultus eccleſiaſticus in temporalibus minuatur.Et hoc ex participio[Babylonis calicis]& propter ruinam imperii Romanorum conſulit Hieremias in futuris viris euangelicis[recedere de medio Babylonis caldæorum:]ne fiant ęterni vel tempo-
ralis ſupplicii participes imminentis.Et quidem Petrus ducendus eſt quo nõ vult:& Ro- Ioã. 21.
manus clerus vel ordo pontificus reſtringendus.Et ne forte Ioannes & Iacobus tãto amplius garriant:ſibi commiſſa eſt cura animarum:pro quibus animam ſuam religioſi & græci ponent etiam calicis imperii eſſe non poterunt inexpertes:pro eo ꝙ ſinguli corũ decori iuſtitiæ ſolito plus delinquent.

Capitulum.li.

Deniq; ꝙ [Hieremias ſcribit librũ] de malis venturis in mundum: & præcipit[Saraie]principi prophetie:[vt lectis verbis libri/ipſum ad lapidem alligaret:& in flumine eufrate]in typum[demergendum babylonis immergat].Ad ſpiritum dei referendum eſt:& equæ viros euangelicos ſuſcitandos plenarie inſtruit myſteria abſcondita a finibus ſæculorum:vt ea reuelent populis fidelibus chriſtianis in toto orbe diſperſis:in ſignum & memoriam perdendorum:vt ſi penitere contempſerint/iudicium reipublicę ſubintrant:quos ignorantia verbi dei non excuſat. ℭ Sed quętendũ
nobis eſt:quare in cætera omnia Eſaias de Eſai.
babylõe texit oraculum:cum Hieremias or 13.
dine præpoſtero verbum explicet babylonis.Sed ſciendum ꝙ Eſaias primo præmiſit de babylõis exordio ſcilicet Romę: quia diebus eius exaltabitur in regno: & Hieremias merito finem in ea facit:vt cum ea mũdus in futuro iudicio deſtruatur. Et ſi Romanum imperium iam tendat ad nihilum &

caldęorum

caldęorum:ne vox ſolium alemanorum ver-
Eri- tat in caſum.Erithea,Poſt hæc veniat Aqui-
thęa la habẽs caput & pedes.6o.colore pardi ad
Sy- liuorem:vulpis quoad fraudem leonis quo
bylla ad terrorem.Quia forte ſub occaſione pata-
renorum cohercendorum/doloſe incedet cõ-
tra eccleſiam.Et ſic repugnantibus Italicis
& eccleſia iram ſue indignationis exerceat:
hęres tuus mamillis ſponſe agni lactabitur
Eſai. ſcilicet eccleſiæ auxiliis.Inde Eſaias. De-
xi. ctabitur infans ab vbere ſup foramina aſpi-
dis:& in cauerna reguli qui ablactatus fue-
rit manum ſuam mittet.O Cæſar vel deuo-
ret poſteriorem vel pupillum: ſed deſtruet
in breui:vt infans in eandem imperet capi-
tibus regulorum.Inſignis aquila alemania
Tyrus ſyria:ex duobus filiis vnus peribit
Item ex tribus & aliis vnus principabitur.
Tandem ſubiectis omnibus,præter vnum
qui ad extrema perdetur a populo cotem-
nendus. Interim quanta mala futura ſint in
liguria / totaq; Italia : quam dicere magis
eſt experiri. Nam duo hirci.ſ.principes græ-
corum auxiliabuntur ei:Germanis adhibi-
tis ſiue Francis Romanorum nobiles interi-
bunt:& excocto ſummo Pontifice ac mona-
ſteriis imminutis:cultus exſufflabitur chri-
ſtianus.Sane imperium Conſtantinopolita-
num reuertetur ad grecos: ex Britanis mul-
ti fient incole Sicilie regionis.In ipſo quoq;
finitur imperium:quia & ſi ſucceſſores Chri-
ſti fuerint:tamẽ imperiali vocabulo ex Ro-
mano faſtigio priuabunť. Cum decies &
.1300.anni Antichriſtus naſcetur demone
plenus poſt partum Virginis alme.

F I N I S.

¶ Explicit liber Veñ. Abbatis Ioachim ſuper Hieremiam prophetam:quem ſcri-pſit ad Henricum.vi.Imperatorem.

¶ Impreſſum Venetiis per Bernardinũ Benalium.1525.Die.20.Nouembris. Cui breue obtinuit a ſummo Pontifice,vt necubi quis imprimere/ſeu impri-mi facere poſſit dicta opuſcula ſub pena excommunicationis late ſententie: quam contrafacientes eoipſo incurrant:a qua abſolui non poſſint/niſi ſatiſ-factione præmiſſa.

Regiſtrum.

A	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n
4	4	2	2	4	2	2	4	2	4	2	2	3	2

¶ Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos/offendet lector ocellos,
 Quod mihi mendoſo grammate/verſis eat/
Emendare velis:nam non me Lazarus iſtis
 Confecit mendis/Bibliopola tuus:
Sed turbata magis preſſoris inertia/quando
 Sera dedit laſſas artubus hora manus.

¶ Deo & candidiſſime Virgini gratie.

¶ Nemo confidat nimium ſecundis.